Incipit prologus beati Hyeronimi
preſbyteri in pſalteriũ.

Salteriũ rome dudũ po
ſitus emendaram ⁊ iuxta
p ſeptuagita interpretes li
cet curſim: magna tñ ex
pte correxerã. Qđ qꝛ rur
ſum videtꝫ o paula ⁊ euſtochiũ ſcripto
ꝝ vitio depravatũ. pluſq͡ꝫ antiquũ erro
rẽ q͡ꝫ nouã emẽdatõꝫ valere: me cogi
tis vt veluti quodã nouali ſciſſum iã ar
uum exercẽ. et obliq̃s ſulcis renaſcen
tes ſpinaſ eradicẽ equũ eſſe dicẽtes. vt
qđ crebro malo pupulat: crebrius ſuc
cidaſ. Unde ꝯſueta p̃fatione cõmoneo
tã vos quib9 forte labor iſte deſudat. q͡ꝫ
eos qui exemplaria iſtiuſmodi habere
voluerint: vt que diligẽter emendaui.
cũ cura et diligentia tranſcribanſ. No
tet ſibi vnuſquiſq͡ꝫ vel iacentẽ lineã vel
radiantia ſigna id eſt obelos vel aſteri
cos ⁊ vbicũq͡ꝫ viderit virgulã p̃ceden
tem. ab ea vſq͡ꝫ ad duo puncta que im
preſſimus. ſciat in ſeptuagita trãſlato
rib9 plus haberi: vbi aũt ꝑſpexerit ſtelle
ſimilitudinẽ: de hebreis voluminibus
additũ nouerit eq̃ vſq͡ꝫ ad duo puncta
iuxta theodotionis dumtaxat editionẽ
q̃ ſimplicitate ſermonis a ſeptuaginta
interpretib9 nõ diſcordat. Hec g̃ ⁊ vob
⁊ ſtudioſo cuiq͡ꝫ feciſſe me ſciẽs: nõ am
bigo multos fore: q̃ vel inuidia vel ſup
cilio malint ꝯtẽnere videri p̃clara q͡ꝫ di
ſcere. et de turbulẽto magis riuo q͡ꝫ de
puriſſimo fonte potare.

Explicit prologus: Incipit liber hym
noꝝ vel ſoliloquioꝝ. Palm9 dauid. I

# Eatus vir

qui non abijt in cõci
b lio impioꝝ. et in via
peccatoꝝ nõ ſtetit: et
in cathedra peſtilẽtie
nõ ſedit. Sed ĩ lege
dñi volũtas ei9: ⁊ in lege ei9 meditabiſ
die ac nocte. Et erit tanq͡ꝫ lignũ quod
plantatũ eſt ſecus decurſus aquaꝝ: qđ
fructũ ſuũ dabit in tpe ſuo. Et foliũ ei9
nõ defluet: et oĩa quecũq͡ꝫ faciet ꝓſpera
bunſ. Nõ ſic impij nõ ſic: ſed tãq͡ꝫ pul
uis quẽ ꝓijcit vetus a facie terre. Ideo
nõ reſurgunt impij in iudicio: neq͡ꝫ pec
catores in ꝯſilio iuſtoꝝ. Qm̃ nouit do
minus viã iuſtoꝝ: ⁊ iter impioꝝ ꝑibit.
Pſalmus dauid. II
Uare fremuerũt gẽtes: ⁊ ppl̃i
q meditati ſunt inania. Aſtiterũt
reges terre et principes cõue
nerunt in vnũ: aduerſus dñm ⁊ aduer
ſus criſtum eius. Dirũpamus vincl̃a
eoꝝ: et ꝓijciamus a nobis iugũ ipſorũ
Qui habitat in celiſ irridebit eos: ⁊ do
minus ſubſãnabit eos. Tũc loquetur
ad eos in ira ſua. et in furore ſuo cõtur
babit eos. Ego aũt cõſtitut9 ſuꝫ rex ab
eo ſuꝑ ſion montẽ ſanctũ eius: p̃dicanſ
preceptũ ei9. Dñs dixit ad me fili9 me
us es tu: ego hodie genui te. Poſtula a
me ⁊ dabo tibi gẽtes hereditatẽ tuã: et
poſſeſſionẽ tuã terminos terre. Reges
eos in virga ferrea ⁊ tanq͡ꝫ vas figuli cõ
fringes eos. Et nunc reges intelligite
erudimini q̃ iudicatis terraꝫ. Seruite
dño in timore: ⁊ exultate ei cũ tremore
Apprehendite diſciplinã: ne qñ iraſcaſ
dñs ⁊ pereatꝫ de via iuſta. Tũc exarſerit
in breui ira eius: beati oẽs qui cõfidũt
in eo. Pſalmus dauid cum fugeret
a facie abſalon filij ſui III
Omine quid multiplicate ſũt
d q̃ tribulãt me: multi inſurgũt
aduerſuꝫ me. Multi dicũt aĩe
mee: nõ eſt ſal9 ipi in deo ei9. Tu aũt do
mine ſuſceptor me9 es: gl̃a mea ⁊ exal
tãs caput meũ. Uoce mea ad dñm cla
maui: ⁊ exaudiuit me de monte ſancto
ſuo. Ego dormiui ⁊ ſoporat9 ſuꝫ: ⁊ exur
rexi qꝛ dñs ſuſcepit me. Nõ timebo milia
ppl̃i circũdãtꝫ me: exurge dñe ſaluũ me
fac de9 me9. Qm̃ tu ꝑcuſſiſti oẽs adũſã
tes mihi ſine cã: dẽtes pctõꝝ ꝯtriuiſti
Dñi ẽ ſal9: ⁊ ſuꝑ pplm tuũ bñdictio tua
In finẽ in carmib9. pſalm9 dauid IIII

c Um inuocarem exaudiuit me
deꝰ iuſticie mee: in tribulatõe
dilataſti mihi. Miſerere mei
et exaudi orationē meā. Filij hominū
vſqʒquo graui corde: vt q̄d diligitis va
nitatē et q̄ritis mendacium. Et ſcitote
q̄m mirificauit dñs ſanctū ſuū: dñs ex
audiet me cū clamauero ad eum. Jra
ſcimini et nolite peccare que dicitis in
cordibus veſtris: et in cubilibus vr̄is
cōpungimini. Sacrificate ſacrificium
iuſticie et ſperate in dño: multi dicunt
quis oſtendit nobis bona. Signatum
eſt ſup nos lumē vultus tui dñe: dedi
ſti leticiā in corde meo. A fructu frumē
ti vini et olei ſui: multiplicati ſunt. Jn
pace ī idipm: dormiā ꝛ requieſcā. Q̄m
tu dñe ſingulariter in ſpe: cōſtituiſti me
Jn finē ꝓ ea que hereditatē cōſequi
tur. pſalmus dauid. V
v Erba mea auribꝰ pcipe dñe: in
tellige clamorē meū. Jntēde
voci orōis mee: rex meus et de
us meꝰ. Q̄m ad te orabo dñe: mane ex
audies vocē meā. Mane aſtabo tibi ꝛ vi
debo: q̄m nō deus volēs iniquitatē tu es
Neqʒ habitabit iuxta te malignꝰ: neqʒ
pmanebūt iniuſti an̄ oclos tuos. Odi
ſti oēs q̄ opant̄ iniquitatē: pdes oēs q̄
loquunt̄ mendaciū. Uirū ſanguinum
aut doloſum abominabit̄ dñs: ego autē
in multitudīe mīe tue. Jntroibo in do
mū tuā: adorabo ad templū ſanctū tuū
in timore tuo. Dñe deduc me in iuſti
cia tua: ꝓpter inimicos meos dirige in
cōſpectu tuo viā meā. Q̄m nō eſt ī ore
eoꝝ veritas: cor eoꝝ vanū eſt. Sepul
crū patēs eſt guttur eorū: linguis ſuis
doloſe agebāt: iudica illos deus. Deci
dant a cogitatōibꝰ ſuis. ſcḋm multitudi
nē impietatū eoꝝ expelle eos: q̄m irrita
uerunt te dñe. Et letent̄ oēs q̄ ſperant
in te. in eternū exultabūt ꝛ habitabis ī
eis. Et gloriabunt̄ in te oēs q̄ diligunt
nomē tuū: q̄m tu benedices iuſto. Dñe
vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti
nos. Jn finē in carminibꝰ ꝓ octaua
pſalmus dauid. VI

d Omine ne in furore tuo argu
as me: neqʒ in ira tua corripias
me. Miſerere mei dñe q̄m in
firmus ſum: ſana me dñe q̄m cōturba
ta ſunt oſſa mea. Et aīa mea turbata ē
valde: ſed tu dñe vſqʒq̄. Cōuertere dñe
ꝛ eripe aīaʒ meā: ſaluū me fac ꝓpter mi
ſericordiā tuā. Q̄m nō eſt in morte q̄
memor ſit tui: in inferno aūt q̄s cōfite
bitur tibi. Laboraui ī gemitu meo: laua
bo ꝑ ſingulas noctes lectū meū: lachry
mis meis ſtratū meū rigabo. Turbatꝰ
eſt a furore oculus meꝰ: inueteraui in
ter oēs inimicos meos. Diſcedite a me
oēs q̄ opamini iniquitatē: q̄m exaudi
uit dñs vocē fletꝰ mei. Exaudiuit dñs
deprecationē meā: dñs orationē meaʒ
ſuſcepit. Erubeſcant et cōturbent̄ vehe
menter oēs inimici mei: cōuertent̄ et
erubeſcāt valde velociter. Jn finem
pſalmus dauid quē cātauit dño ꝓ ver
bis chuſi filij gemini. VII
d Omine deꝰ meus in te ſpera
ui: ſaluū me fac ex oībꝰ pſequē
tibꝰ me et libera me. Ne qn̄ ra
piat vt leo animā meā: dū nō eſt q̄ re
dimat neqʒ qui ſaluū faciat. Dñe deus
meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniq̄tas in ma
nibꝰ meis. Si reddidi retribuētibꝰ mi
hi mala: decidā merito ab īimicis meis
inanis. Perſequat̄ inimicus aīaʒ meā
et cōprehendat ꝛ cōculcet in terra vitā
meā: et gloriā meā in puluerē deducat
Exurge dñe in ira tua: et exaltare in fi
nibꝰ inimicoꝝ meoꝝ. Et exurge dñe de
us meus in pcepto q̄ḋ mandaſti: et ſy
nagoga populoꝝ circūdabit te. Et pro
pter hanc in altū regredere: dñs iudi
cat populos. Judica me dñe ſcḋm iuſti
ciam meam: et ſcḋm innocentiā meaʒ
ſup me. Cōſumetur nequitia peccato
rum: et diriges iuſtū ſcrutans corda ꝛ
renes deus. Juſtum adiutorium meū
a domino: qui ſaluos facit rectos corde
Deus iudex iuſtus fortis et patiēs: nū
quid iraſcetur per ſingulos dies. Niſi
conuerſi fueritis gladium ſuum vibra
bit: arcum ſuū tetendit et parauit illū.

Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas
ſuas ardentibꝰ effecit. Ecce parturit in
iuſticiā cōcepit dolorē et peperit iniqui-
tatē. Lacū aperuit et effodit eū: et inci-
dit in foueā quā fecit. Conuertet dolor
eius in caput eius. et in verticem ipſius
iniq̃tas eius deſcendet. Cōfitebor dn̄o
ſm̄ iuſticiam eius: et pſallam nomini
dn̄i altiſſimi. In finem ꝓ torculari-
bus pſalmus dauid. VIII

Omine dn̄s noſter: q̄ admira
D bile eſt nomen tuū in vniuer-
ſa terra. Qm̄ eleuata eſt: ma-
gnificētia tua ſup celos. Ex ore infanti
um et lactentiū pfeciſti laudē ꝓpter in-
imicos tuos: vt deſtruas inimicū ⁊ vl
torē. Qm̄ videbo celos tuos opa digi-
torū tuoꝝ. lunā ⁊ ſtellas q̄ tu fundaſti.
Quid eſt hō ꝙ memor es eiꝰ: aut filiꝰ
hoīs qm̄ viſitas eū. Minuiſti eū paulo
minus ab angelis glā ⁊ honore corona
ſti eū: et cōſtituiſti eū ſup opa manuū
tuarū. Oīa ſubieciſti ſub pedibꝰ eiꝰ: o-
ues ⁊ boues vniuerſas. inſup et pecora
cāpi. Volucres celi ⁊ piſces maris: q̄ ꝑ
ambulāt ſemitas maris. Dn̄e dn̄s nr̄:
q̄ admirabile eſt nomē tuū in vniuer-
ſa terra. In finē ꝓ occultis filij. pſal
mus dauid. IX

Onfitebor tibi dn̄e in toto cor-
C de meo: narrabo oīa mirabilia
tua. Letabor ⁊ exultabo ī te: pſal
lam noī tuo altiſſime. In cōuertendo
inimicū meū retrorſum: infirmabunt
et pibūt a facie tua: Qm̄ feciſti iudiciū
meū ⁊ cāā meā: ſediſti ſup thronū q̄ iu-
dicas iuſticiā. Increpaſti gētes et piſt
impius: nomē eoꝝ deliſti in eternū: et
in ſeculū ſeculi. Inimici defecerūt fra-
mee in finē: ⁊ ciuitates eoꝝ deſtruxiſti.
Perijt memoria eoꝝ cū ſonitu: ⁊ dn̄s
in eternū pmanet. Parauit in iudicio
thronū ſuū ⁊ ipſe iudicabit orbē terre ī
eq̃tate: iudicabit pplos in iuſticia. Et fa
ctus eſt dn̄s refugiū paupi: adiutor in
oportunitatibꝰ in tribulatōe. Et ſperēt
in te q̄ nouerūt nomē tuū: qm̄ nō dere
liquiſti q̄rentes te dn̄e. Pſallite dn̄o q̄
habitat in ſion: annūciate inter gētes
ſtudia eiꝰ. Qm̄ requirēs ſanguinē eoꝝ
recordatꝰ eſt: nō eſt oblitꝰ clamorē pau
perū. Miſerere mei dn̄e: vide hūilitatē
meā de inimicis meis. Qui exaltas me
de portis mortis: vt annunciē oēs lau-
datōes tuas ī portis filie ſion. Exulta-
bo in ſalutari tuo: infixe ſunt gētes ī in-
teritu quē fecerūt. In laq̃o iſto quē ab
ſconderūt: cōprehēſus eſt pes eoꝝ. Co
gnoſcet dn̄s iudicia faciēs in opibꝰ ma
nuū ſuarū cōprehēſus eſt peccator. Cō-
uertant peccatores ī infernū oēs gētes
q̄ obliuiſcunt deū. Qm̄ nō in finē obli
uio erit paupis. patia paupm nō pibit
in finē. Exurge dn̄e nō cōfortet hō. iu-
dicent gētes in cōſpectu tuo. Cōſtitue
dn̄e legiſlatorē ſup eos vt ſciāt gētes
qm̄ hoīes ſunt. Ut q̄d dn̄e receſſiſti lō-
ge: deſpicis in oportunitatibꝰ ī tribula-
tione. Dū ſupbit impius incendit pau
per: cōprehēdunt in cōſilijs quibꝰ cogi-
tant. Qm̄ laudat peccator in deſiderijs
aīe ſue: et iniquus benedicit. Exacerba
uit dn̄m peccator. ſm̄ multitudinē ire
nō queret. Nō eſt deꝰ in cōſpectu eius
iniq̃tate ſunt vie illius in oī tp̄e. Aufe-
runtur iudicia tua a facie eiꝰ oīm inimi
corum ſuoꝝ dn̄abit. Dixit eni in corde
ſuo: nō mouebor a generatōe in gene-
ratione ſine malo. Cuiꝰ maledictōe os
plenū eſt ⁊ amaritudine ⁊ dolo: ſub lin
gua eiꝰ labor ⁊ dolor. Sedet in inſidijs
cum diuitibꝰ in occultis: vt interficiat
innocentē. Oculi eiꝰ in pauperē reſpi-
ciunt: inſidiat in abſcōdito q̄ſi leo ī ſpe-
lunca ſua. Inſidiat vt rapiat pauperē:
rape paupem dū attrahit eū. In laq̃o
ſuo humiliabit eū: inclinabit ſe ⁊ cadet
cū dn̄atus fuerit pauperū. Dixit enim
in corde ſuo oblitꝰ eſt deus auertit faci-
em ſuā ne videat ī finē. Exurge dn̄e de
us et exaltet manu tua: ne obliuiſcaris
pauperū. Propter quid irritauit impiꝰ
deū: dixit eni in corde ſuo nō requiret.
Vides qm̄ tu laborē et dolorem conſi-
deras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus eſt pauper: orphano

tu eris adiutor. Contere brachiū pecca-
toris ⁊ maligni: queretur peccatū illius
et nō inuenietur. Dn̄s regnabit in eter
nū et in ſeculū ſeculi: peribitis gentes de
terra illius. Deſideriū pauperū exaudi
uit dn̄s: pparationē cordis eoꝝ audiuit
auris tua. Judicare pupillo et humili:
vt nō apponat vltra magnificare ſe ho-
mo ſuper terram Jn finem pſal-
mus dauid. X

n dn̄o confido quō dicitis ani
i me mee: trāſmigra in montē ſi
cut paſſer. Qm̄ ecce peccatores
intenderūt arcū. parauerūt ſagittas ſu
as in pharetra. vt ſagittēt in obſcuro re
ctos corde. Qm̄ que pfeciſti deſtruxerūt:
iuſtus aūt quid fecit? Dn̄s in tēplo ſan
cto ſuo: dn̄s in celo ſedes eiꝰ. Oculi eiꝰ
in pauperē reſpiciūt: palpebre eiꝰ inter-
rogant filios hoīm. Dn̄s interrogat iu-
ſtū ⁊ impiū: qui aūt diligit iniquitatē
odit aīam ſuā. Pluet ſup peccatores la
queos: ignis ⁊ ſulphur ⁊ ſpūs pcellarū
pars calicis eoꝝ. Qm̄ iuſtus dn̄s ⁊ iu-
ſticias dilexit: equitatē vidit vultꝰ eius
Jn finē pſalmꝰ dauid p octaua. XI

aluū me fac dn̄e qm̄ defecit ſan
ſ ctus: qm̄ diminute ſunt verita
tes a filijs hoīm. Uana locuti
ſunt vnuſquiſqꝫ ad pximū ſuū: labia do
loſa in corde ⁊ corde locuti ſunt. Diſper
dat dn̄s vniuerſa labia doloſa: ⁊ linguā
magniloquā. Qui dixerūt linguā no-
ſtrā magnificabimus: labia nr̄a a nobis
ſunt: quis nr̄ dn̄s eſt? Propter miſeriā
inopū ⁊ gemitū pauperū: nunc exurgā
dicit dn̄s. Ponā in ſalutari fiducialiter
agā in eo. Eloquia dn̄i eloquia caſta ar
gētū igne examinatū: pbatū terre pur-
gatū ſeptuplū. Tu dn̄e ſeruabis nos ⁊
cuſtodies nos: a generatōe hac in eter
nū. Jn circuitu impij ambulabāt: ſm̄ alti
tudinē tuā multiplicaſti filios hoīm.
Jn finē pſalmus dauid. XII

ſqꝫ q̄ dn̄e obliuiſceris me in
v finē: vſqꝫ q̄ auertis faciē tuā a
me? Quādiu ponā ꝯſilia in aīa
mea: dolorē in corde meo p diē. Uſqꝫ q̄
exaltabitur inimicus meus ſup me: re-
ſpice et exaudi dn̄e deus meus. Jllumi
na oculos meos ne vnqꝫ obdormiā in
morte: ne qn̄ dicat inimicus meus pua
lui aduerſus eum. Qui tribulāt me ex
ultabūt ſi motus fuero: ego aūt in mia
tua ſperaui. Exultabit cor meū in ſalu-
tari tuo: cātabo dn̄o qui bona tribuit mi
hi: ⁊ pſallā noī dn̄i altiſſimi. Jn finē
pſalmus dauid. XIII

ixit inſipiēs in corde ſuo: non
d eſt deus. Corrupti ſunt et abo-
minabiles facti ſunt in ſtudijs
ſuis nō eſt q̄ faciat bonū. nō eſt vſqꝫ ad
vnū. Dn̄s de celo pſpexit ſup filios ho-
minū: vt videat ſi eſt intelligēs aut req̄
rēs deū. Oēs declinauerūt ſil inutiles fa
cti ſunt: nō eſt q̄ faciat bonū. nō eſt vſqꝫ
ad vnū. Sepulcrū patēs ē guttur eoꝝ
linguis ſuis doloſe agebāt: venenū aſpi
dū ſub labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledicti
one ⁊ amaritudine plenum eſt: veloces
pedes eoꝝ ad effundēdū ſanguinē. Cō
tritio ⁊ infelicitas in vijs eoꝝ: et viā pa
cis nō cognouerūt: nō eſt timor dei an̄
oculos eoꝝ. Nōne ꝯgnoſcēt oēs q̄ ope-
rant̄ iniquitatē: qui deuorāt plebē meā
ſicut eſcā panis. Dn̄m nō inuocauerūt
illic trepidauerūt timore vbi nō erat ti
mor. Qm̄ dn̄s in generatōne iuſta eſt:
ꝯſiliū inopis ꝯfudiſtis qm̄ dn̄s ſpes eiꝰ
eſt. Quis dabit ex ſion ſalutare iſrl̄: cū
auerterit dn̄s captiuitatē plebis ſue ex
ultabit iacob ⁊ letabitur iſrl̄. Jn finē
pſalmus dauid. XIIII

n̄e qs habitabit in tabernaculo
d tuo: aut qs requieſcet in mon-
te ſcō tuo? Qui ingreditur ſi-
ne macula: ⁊ opatur iuſticiā. Qui loqui
tur veritatē in corde ſuo: qui nō egit do-
lū in lingua ſua. Nec fecit proximo ſuo
malū: ⁊ obprobriū nō accepit aduerſus
proximos ſuos. Ad nihilū deductus eſt
in ꝯſpectu eius malignus: timētes aūt
dn̄m glorificat. Qui iurat proximo ſuo
et nō decipit: qui pecuniam ſuā non de-
dit ad vſuram. et munera ſup innocen-
tem nō accepit. Qui facit hec non mo-

uebitur in eternuꝫ. Tituli inſcriptio
ipſi dauid. XV

c Onſerua me dñe qm̄ ſperaui i
te. dixi dño deus meus es tu: q̄
niã bonoꝝ meoꝝ nõ eges. Sã-
ctis qui ſunt in terra eius: mirificauit
oẽs volũtates meas in eiſ. Multiplica
te ſunt infirmitates eoꝝ: poſtea accelera
uerũt. Non cõgregabo ꝯuenticula eoꝝ
de ſanguinibꝫ: nec memoꝛ ero noĩm eo
rũ ꝑ labia mea. Dñs ps hereditatꝫ mee
⁊ calicis mei: tu es qui reſtitues heredi
tatẽ meã mihi. Funes ceciderũt mihi in
pꝛeclaris: etenĩ hereditas mea pꝛeclara
eſt mihi. Benedicã dñm qui tribuit mi
hi intellectũ: inſuꝑ ⁊ vſqꝫ ad noctẽ icre
puerũt me renes mei. Pꝛouidebã do-
minum in ꝯſpectu meo ſemꝑ: qm̄ a dex
tris eſt mihi ne cõmouear. Propter h̄
letatum eſt coꝛ meũ ⁊ exultauit lingua
mea: inſuꝑ ⁊ caro mea requieſcet in ſpe
Qm̄ nõ derelinques aĩaꝫ meã in infer
no: nec dabis ſanctũ tuũ videre coꝛru-
ptionẽ. Notas mihi feciſti vias vite: ad
implebis me leticia cũ vultu tuo: dele-
ctationes in dextera tua vſqꝫ in finem.

Oꝛatio dauid. XVI

e xaudi dñe iuſticiã meã: intende
depꝛecationẽ meã. Auribꝫ perci
pe oꝛõneꝫ meã: nõ in labijs do-
loſis. De vultu tuo iudiciũ meũ ꝓdeat
oculi tui videãt equitatẽ. Pꝛobaſti coꝛ
meũ ⁊ viſitaſti nocte: igne me examinã-
ſti ⁊ nõ eſt inuẽta in me iniquitas. Ut
nõ loquat̄ os meũ opa hoĩm: ꝓpter ver-
ba labioꝝ tuoꝝ ego cuſtodiui vias du-
ras. Perfice greſſus meos in ſemit' tu
is: vt nõ moueãtur veſtigia mea. Ego
clamaui qm̄ exaudiſti me deus: inclina
aurẽ tuã mihi ⁊ exaudi verba mea. Mi-
rifica miſericoꝛdias tuas: qui ſaluos fa-
cis ſperãtes in te. A reſiſtentibꝫ dextere
tue cuſtodi me: vt pupillã oculi. Sub
vmbꝛa alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me: a facie im-
pioꝝ qui me afflixerũt. Inimici mei ani-
mã meã circũdederũt: adipẽ ſuũ cõclu-
ſerũt: os eoꝝ locutũ ẽ ſupbiã. Pꝛoijciẽ-
tes me nũc circũdederũt: oc'los ſuos ſta-
tuerũt declinare in terrã. Suſceperunt
me ſicut leo paratus ad pꝛedã ⁊ ſicut ca
tulus leonis habitãs in abditis. Exur-
ge dñe pꝛeueni eũ ⁊ ſupplanta eũ: eripe
aĩam meã ab impio. frameã tuã ab ini-
micis man' tue. Dñe a paucis de terra
diuide eos in vita eoꝝ: et de abſcõditis
tuis adimpletus eſt venter eoꝝ. Satu
rati ſunt filijs: et dimiſerũt reliquias ſu
as paruulis ſuis Ego aũt in iuſticia ap
parebo cõſpectui tuo: ſatiaboꝛ cũ appa-
ruerit gloꝛia tua. In finẽ puero dñi
dauid qui locutus eſt dño verba canti-
ci huius in die qua eripuit eum dñs de
manu omniũ inimicoꝝ eius: et de ma-
nu ſaul. et dixit. XVII

d Iligam te dñe foꝛtitudo mea:
dñs firmamentũ meũ et refu-
giũ meũ et liberatoꝛ meus. De
us meus adiutoꝛ meus: ⁊ ſperabo in eũ
Pꝛotectoꝛ meus et coꝛnu ſalutis mee:
et ſuſceptoꝛ meus. Laudans inuocabo
dñm: ⁊ ab inimicis meis ſalu' ero. Cir
cũdederũt me doloꝛes moꝛtis: et toꝛrẽ-
tes iniquitatis ꝯturbauerũt me Dolo
res inferi circũdederũt me: pꝛeoccupaue-
runt me laquei moꝛtis. In tribulatõe
mea inuocaui dñm: ⁊ ad deũ meum cla
maui. Et exaudiuit de tẽplo ſancto ſuo
vocẽ meã: ⁊ clamoꝛ meus in ꝯſpectu ei'
introiuit in aures eius. Cõmota eſt et
cõtremuit terra fundamẽta montiũ cõ
turbata ſunt ⁊ cõmota ſunt: qm̄ iratus
eſt eis. Aſcẽdit fumus in ira ei': ⁊ ignis
a facie ei' exarſit: carbones ſuccẽſi ſunt
ab eo. Inclinauit celos ⁊ deſcẽdit: et ca
ligo ſub pedibꝫ eius. Et aſcẽdit ſuꝑ che
rubin ⁊ volauit: volauit ſuꝑ pennas ven
toꝝ Et poſuit tenebꝛas latibulũ ſuũ in
circũitu ei' tabernaculũ eius: tenebꝛoſa
aq̄ in nubibꝫ aeris. Pꝛe fulgoꝛe in con-
ſpectu eius nubeſ trãſierũt: grãdo ⁊ car
bones ignis. Et intonuit de celo dñs: ⁊
altiſſimus dedit vocẽ ſuã: grãdo ⁊ carbo
nes ignis. Et miſit ſagittas ſuas ⁊ diſ-
ſipauit eos: fulgura multiplicauit ⁊ cõ-
turbauit eos. Et apparuerũt fontes aq̄
rum: et reuelata ſunt fundamẽta oꝛbis

terraꝝ. Ab increpatione tua dn̄e: ab in-
ſpiratōe ſp̄us ire tue. Miſit de ſummo
et accepit me: et aſſumpſit me aquis
multis. Eripuit me de inimicis meis
fortiſſimis ⁊ ab his qui oderūt me: q̄m
ↄfortati ſunt ſup me. Preuenerūt me
in die afflictōis mee: et factus eſt domi
nus ꝓtector meus. Et eduxit me in la-
titudinē: ſaluū me fecit q̄m voluit me.
Et retribuet mihi dn̄s ſ̄m iuſticiā meā
⁊ ſ̄m puritatē manuū meaꝝ retribuet
mihi. Quia cuſtodiui vias dn̄i: nec im
pie geſſi a deo meo. Q̄m oīa iudicia ei⁹
in ↄſpectu meo: et iuſticias eius nō re-
puli a me. Et ero immaculatus cū eo:
et obſeruabo me ab iniquitate mea. Et
retribuet mihi dn̄s ſ̄m iuſticiā meā: et
ſ̄m puritatē manuū meaꝝ in cōſpectu
oculoꝝ eius. Cum ſcō ſcūs eris: et cū
viro innocēte innocens eris. Et cū ele-
cto electus eris: ⁊ cū ꝑuerſo ꝑuerteris.
Q̄m tu ꝑplm̄ hūilē ſaluū facies: ⁊ ocu
los ſuꝑboꝝ hūiliabis. Q̄m tu illumīas
lucernā meā dn̄e deus meus illumia te
nebras meas. Q̄m in te eripiar a tēta-
tione: ⁊ in deo meo tranſgrediar murū
Deus me⁹ impolluta via ei⁹: eloq̄a dn̄i
igne examinata: ꝓtector eſt oīm ſperan
tiū in ſe. Q̄m q̄s de⁹ p̄ter dn̄m: aut q̄s
deus p̄ter deū nr̄m. De⁹ qui p̄cinxit me
virtute: et poſuit immaculatā viā meā.
Qui ꝑfecit pedes meos tanq̄ ceruoꝝ:
⁊ ſuꝑ excelſa ſtatuēs me. Qui docet ma
nus meas ad p̄liū: ⁊ poſuiſti vt arcum
ereū brachia mea. Et dediſti mihi ꝓte-
ctionē ſalutis tue: ⁊ dextera tua ſuſcepit
me. Et diſciplīa tua correxit me in finē
⁊ diſciplina tua ipſa me docebit. Dilata
ſti greſſus meos ſubtus me: et nō ſunt
infirmata veſtigia mea. Perſequar ini
micos meos ⁊ ↄp̄hendā illos: et nō con
uertar donec deficiāt. Confringā illos
nec poterāt ſtare: cadent ſubtus pedes
meos. Et p̄cinxiſti me virtute ad bellū
et ſupplātaſti inſurgētes in me ſubtus
me. Et inimicos meos dediſti mihi dor
ſum ⁊ odientes me diſꝑdidiſti. Clama
uerūt nec erat qui ſaluos faceret ad do-
minū: nec exaudiuit eos. Et cōminuā
eos vt puluerē ante faciē venti: vt lutū
plateaꝝ delebo eos. Eripies me de ↄ̄di-
ctionib⁹ ꝑp̄li: ↄſtitues me in caput gen-
tiū. Populus quē nō cognoui ſeruiuit
mihi: in auditu auris obediuit mihi. Fi
lij alieni mētiti ſunt mihi filij alieni in-
ueterati ſunt: et claudicauerūt a ſemi-
tis ſuis. Viuit dn̄s ⁊ bn̄dict⁹ deus me-
us: ⁊ exaltetur deus ſalutis mee. Deus
qui das vindictas mihi ⁊ ſubdis ꝑp̄los
ſub me: liberator meus de inimicis me
is iracūdis. Et ab inſurgētib⁹ in me ex
altabis me: a viro iniq̄ eripies me. Pro
pterea ↄfitebor tibi in nationib⁹ dn̄e: et
noī tuo pſalmū dicā. Magnificās ſalu-
tes regis eius: ⁊ faciēs miſcdīā chriſto
ſuo dauid: ⁊ ſemini eius vſq̄ in ſeculū.

In finē pſalmus dauid. XVIII

Celi enarrāt gloriā dei: et opera
c manuū eius annunciāt firma-
mentū. Dies diei eructat ver-
bū: ⁊ nox nocti indicat ſciētiā. Nō ſunt
loquele neq̄ ſermones: quoꝝ nō audiā
tur voces eoꝝ. In omnē terrā exiuit ſo-
nus eorū: et in fines orbis terre verba
eoꝝ. In ſole poſuit tabernaculū ſuū: et
ipſe tanq̄ ſponſus ꝓcedēs de thalamo
ſuo. Exultauit vt gigas ad currendam
viā: a ſummo celo egreſſio eius. Et oc-
curſus eius vſq̄ ad ſummū ei⁹: nec eſt
qui ſe abſcondat a calore ei⁹. Lex dn̄i im
maculata ↄuertēs aīas: teſtimoniū do-
mini fidele ſapientiā preſtās paruulis.
Iuſticie domini recte letificātes corda:
preceptū dn̄i lucidum illuminans ocu-
los. Timor dn̄i ſanctus ꝑmanes in ſe-
culum ſeculi: iudicia domini vera iuſti-
ficata in ſemetipſa. Deſiderabilia ſuꝑ
aurum et lapidem precioſum multum
et dulciora ſuꝑ mel ⁊ fauum. Etenī ſer
uus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiēdis il-
lis retributio multa. Delicta quis in-
telligit: ab occultis meis munda me: et
ab alienis parce ſeruo tuo. Si mei nō
fuerint dn̄ati tūc immaculatus ero: et
emundabor a delicto maximo. Et erūt
vt cōplaceant eloquia oris mei: et me-

ditatio cordis mei in ꝯſpectu tuo ſemꝑ.
Dñe adiutor meꝰ: ⁊ redemptor meus.
In finē pſalmus dauid. XIX
e xaudiet te dñs in die tribulatō
nis: ꝓtegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxiliū de ſcō: et de
ſyon tueatur te. Memor ſit oīs ſacrifi-
cij tui: et holocauſtū tuum pingue fiat.
Tribuat tibi ſm cor tuū: et omne ꝯſili
um tuū ꝯfirmet. Letabimur in ſaluta-
ri tuo: et in noīe dei noſtri magnificabi-
mur. Impleat dñs oēs petitiones tu-
as: nunc cognoui qm̄ ſaluū fecit domi-
nus chriſtū ſuum. Exaudiet illū de ce-
lo ſancto ſuo: in potentatibꝫ ſalus dexte
re eiuſ. Hi in curribꝫ ⁊ hi in equis: nos
aūt in nomine dei noſtri inuocabimus.
Ipſi obligati ſunt ⁊ ceciderūt: nos aūt
ſurreximus ⁊ erecti ſumus. Dñe ſaluū
fac regem: et exaudi nos in die qua in-
uocauerimus te. In finē pſalmus
dauid. XX
d Omine in virtute tua letabit
rex: et ſuꝑ ſalutare tuū exulta-
bit vehementer. Deſideriū cor
dis eius tribuiſti ei: et voluntate labio-
rum eius nō fraudaſti eū. Qm̄ ꝑueni-
ſti eū in bñdictōibꝫ dulcedinis: poſuiſti
in capite eius coronā de lapide precioſo
Vitā petijt a te ⁊ tribuiſti ei: longitudi-
nē dieꝝ in ſeculū ⁊ in ſeculū ſeculi. Ma
gna eſt gloria eius in ſalutari tuo: glori
am ⁊ magnū decorē impones ſuꝑ eum.
Qm̄ dabis eū in bñdictionē in ſeculū
ſeculi: letificabis eū in gaudio cū vultu
tuo. Qm̄ rex ſperat in dño: et in miſeri
cordia altiſſimi nō cōmouebitur. In-
ueniatur manꝰ tua omnibꝫ inimicis tu
is: dextera tua inueniat oēs qui te ode-
runt. Pones eos vt clibanū ignis in tē
pore vultus tui: dominus in ira ſua cō-
turbabit eos: et deuorabit eos ignis.
Fructum eoꝝ de terra perdes: ⁊ ſemen
eoꝝ a filijs hominū. Quoniam declina
uerunt in te mala: cogitauerūt conſilia
que non potuerūt ſtabilire. Qm̄ pones
eos dorſum: in reliquijs tuis prepara-
bis vultū eoꝝ. Exaltare dñe in virtute
tua: cantabimus ⁊ pſallemus virtutes
tuas. In finē pſalmus dauid pro ſu
ſceptione matutina. XXI
d Eus deus meus reſpice in me:
quare me dereliquiſti: lōge a ſa
lute mea verba delictoꝝ meoꝝ
Deus meus clamabo ꝑ diē ⁊ nō exau-
dies: et nocte ⁊ nō ad inſipientiā mihi.
Tu aūt in ſancto habitas: laus iſrl. In
te ſperauerūt patres noſtri: ſperauerūt
et liberaſti eos. Ad te clamauerūt ⁊ ſal-
ui facti ſunt: in te ſperauerūt et nō ſunt
cōfuſi. Ego aūt ſum vermis ⁊ non ho-
mo: obprobriū hoīm ⁊ abiectio plebis.
Oēs videntes me deriſerūt me: locuti
ſunt labijs ⁊ mouerunt caput. Spera-
uit in dño eripiat eū: ſaluū faciat eum
qm̄ vult eum. Qm̄ tu es qui extraxiſti
me de ventre: ſpes mea ab vberibꝫ mr̄is
mee: in te proiectus ſum ex vtero. De
ventre matris mee deus meus es tu:
ne diſceſſeris a me. Qm̄ tribulatio ꝓxi
ma eſt: qm̄ non eſt qui adiuuet. Circun
dederunt me vituli multi: thauri pin-
gues obſederūt me. Aperuerūt ſuꝑ me
os ſuū: ſicut leo rapiens ⁊ rugiens. Si
cut aqua effuſus ſum: et diſperſa ſunt
oīa oſſa mea. Factuꝫ eſt cor meū tanꝗ̄
cera liqueſcens: in medio ventris mei.
Aruit tanꝗ̄ teſta virtus mea: et lingua
mea adheſit faucibꝫ meis: et in pulue-
rem mortis deduxiſti me. Quoniā cir-
cundederunt me canes multi: cōciliuꝫ
malignantiū obſedit me. Foderūt ma-
nus meas ⁊ pedes meos: dinumeraue
runt oia oſſa mea. Ipſi vero cōſidera-
uerunt ⁊ inſpexerūt me: diuiſerunt ſibi
veſtimenta mea: et ſuper veſtem meam
miſerūt ſortem. Tu aūt dñe ne elonga
ueris auxiliū tuum a me: ad defenſionē
meā conſpice. Erue a framea deus ani-
mam meam: ⁊ de manu canis vnicam
meam. Salua me ex ore leonis: ⁊ a cor
nibus vnicorniū humilitatem meam.
Narrabo nomē tuum fratribꝫ meis: in
medio eccleſie laudabo te. Qui timetis
dñm laudate eum: vniuerſum ſemē ia
cob glorificate eum. Timeat eum om̄e

ſemē iſrael:qm̄ nō ſpreuit neq; deſpexit
deprecatōz paupis. Nec auertit facie ſu/
am a me:et cū clamarē ad eū exaudiuit
me. Apud te laus mea in eccleſia ma/
gna:vota mea reddā in ꝯſpectu timētiū
eū. Edent paupes ⁊ ſaturabunt:⁊ lau/
dabūt dn̄m qui requirūt eū:viuet cor/
da eoꝝ in ſeculū ſeculi. Reminiſcent et
ꝯuertetur ad dn̄m:vniuerſe fines ter/
re. Et adorabūt in ꝯſpectu eius vniuer
ſe familie gentiū: Qm̄ dn̄i eſt regnū:et
ipſe dn̄abitur gentiū. Manducauerūt et
adorauerūt oēs pingues terre:in ꝯſpe/
ctu eius cadēt oēs q̄ deſcendūt in terrā
Et aīa mea illi viuet:⁊ ſemē meū ſerui/
et ipſi. Annūciabit dn̄o generatio vētu
ra:et annūciabūt celi iuſticiā eius:ꝑplo
qui naſcetur quē fecit dominus.

Pſalmus dauid. XXII

D Ominus regit me ⁊ nihil mi/
hi deerit: in loco paſcue ibi me
collocauit. Sup aquā refectio
nis educauit me:aīaz meā ꝯuertit. De
duxit me ſup ſemitas iuſticie:ꝓpter no/
men ſuū. Nā ⁊ ſi ābulauero in medio
vmbre mortis non timebo mala qm̄ tu
mecū es. Uirga tua ⁊ bacul⁹ tuus ipſa
me cōſolata ſunt. Paraſti in conſpectu
meo menſam:aduerſus eos qui tribu/
lāt me. Impinguaſti in oleo caput me
um:⁊ calix meus inebriās q̄ȝ preclarus
eſt. Et miſcdia tua ſubſequetur me:oī/
bus dieb; vite mee. Et vt inhabitē i do
mo dn̄i:in lōgitudine dieꝝ. Pſalm⁹
dauid in prima ſabbati. XXIII

D Nī eſt terra ⁊ plenitudo eiuſ: or
bis terraꝝ ⁊ vniuerſi qui habi/
tant in eo. Quia ip̄e ſup maria
fundauit eū:et ſup flumina preparauit
eum. Quis aſcendet in montē domini
aut quis ſtabit in loco ſancto eiuſ: In/
nocens manib; ⁊ mundo corde: qui nō
accepit in vano aīaz ſuā: nec iurauit in
dolo proximo ſuo. Hic accipiet bn̄dicti
onem a dn̄o:et miſericordiā a deo ſalu/
tari ſuo. Hec eſt generatio querentiū
eum:querentiū faciē dei iacob: Attolli/
te portas principes veſtras ⁊ eleuamini
porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis eſt iſte rex glorie. dn̄s fortis ⁊ po/
tens:dn̄s potēs in prelio. Attollite por/
tas principeſ vr̄as ⁊ eleuamini porte et
nales:⁊ introibit rex glie. Quis eſt iſte
rex glorie:dn̄s virtutū ipſe eſt rex glie.

In finem p̄s dauid. XXIIII

A D te dn̄e leuaui aīaz meā: deuſ
meus in te ꝯfido nō erubeſcā.
Neq; irrideāt me inimici mei:
eteni vniuerſi qui ſuſtinēt te nō cōfun/
dētur. Confundātur oēs iniqua agen/
tes:ſupuacue. Uias tuas dn̄e demon/
ſtra mihi:⁊ ſemitas tuas edoce me. Di
rige me in veritate tua ⁊ doce me: q: tu
es ſaluator meus:⁊ te ſuſtinui tota die
Reminiſcere miſerationū tuaꝝ dn̄e:et
miſericordiaꝝ tuaꝝ q̄ a ſeculo ſunt. De
licta iuuētutis mee:⁊ ignorātias meas
ne memineris. Scd̄m miſericordiā tu
am memēto mei tu: ꝓpter bonitatē tuā
dn̄e. Dulcis ⁊ rectus dn̄s: ꝓpter hoc le/
gem dabit delinquētib; in via. Diriget
māſuetos in iudicio: docebit mites vi/
as ſuas. Uniuerſe vie dn̄i miſcdia ⁊ ve/
ritas:requirentib; teſtamentū eius et
teſtimonia eius. Propter nomē tuum
dn̄e ꝓpitiaberis peccato meo: multū eſt
enī. Quis eſt homo qui timet dn̄m: le/
gem ſtatuit ei in via quā elegit. Anima
eius in bonis demorabitur:⁊ ſemē eius
hereditabit terrā Firmamentū eſt dn̄s
timētib; eum: et teſtamentū ipſius vt
manifeſtet illis. Oculi mei ſemp ad do
minū:qm̄ ipſe euellet de laqueo pedes
meos. Reſpice in me et miſerere mei:
q: vnicus ⁊ paup ſum ego: Tribulatio
nes cordis mei multiplicate ſunt de ne
ceſſitatib; meis erue me. Uide hūilita
tem meā ⁊ laborē meum ⁊ dimitte vni/
uerſa delicta mea Reſpice inimicoſ me
os qm̄ multiplicati ſunt. ⁊ odio iniquo
oderūt me. Cuſtodi aīaz meam et erue
me:nō erubeſcaz qm̄ ſperaui in te. In/
nocentes ⁊ recti adheſerūt mihi. q: ſu/
ſtinui te Libera deus iſrael ex omnibus
tribulatōnibus ſuis.

Pſalmus dauid. XXV

Udica me dn̄e qm̄ ego in inno
i cencia mea ingreſſus ſum: ⁊ in
dn̄o ſperās nō infirmabor. Pro
ba me dn̄e ⁊ tenta me: vre renes meos
et cor meū. Qm̄ miſericordia tua ante
oculos meos eſt: et cōplacui in veritate
tua. Non ſedi cū ꝯcilio vanitatiſ: ⁊ cum
iniqua gerētibꝫ nō introibo. Odiui ec-
cleſiā malignantiū: ⁊ cū impijs non ſe-
debo. Lauabo inter innocētes manus
meas: ⁊ circūdabo altare tuū dn̄e. Ut
audiā vocē laudiſ: ⁊ enarrē vniuerſa mi
rabilia tua. Dn̄e dilexi decorē dom⁹ tue
et locū habitatōis glorie tue. Ne ꝑdas
cū impijs deus aiā meā: ⁊ cū viris ſan
guinū vitā meā. In quoꝝ manibꝫ ini-
quitates ſunt dextera eorū repleta eſt
muneribꝫ. Ego aūt in innocentia mea
ingreſſus ſum: redime me et miſerere
mei. Pes enī meus ſtetit in directo: in
eccleſijs bn̄dicā te dn̄e. In finē ps
dauid priuſq̄ liniretur. XXVI
Ominꝰ illuminatio mea et
d ſalus mea: quē timebo. Do-
minus ꝓtector vite mee: a q̄
trepidabo. Dum appropiāt
ſuꝑ me nocētes: vt edent carnes meas
Qui tribulant me inimici mei: ipſi in-
firmati ſunt ⁊ ceciderunt. Si cōſiſtant
aduerſū me caſtra: nō timebit cor me-
um. Si exurgat aduerſum me preliū:
in hoc ego ſperabo. Unā petij a dn̄o hāc
requirā: vt inhabitē in domo dn̄i oībuſ
diebus vite mee. Ut videā voluntatē
dn̄i: ⁊ viſitē templū ei⁹. Qm̄ abſcōdit
me in tabernaculo ſuo in die maloꝝ: ꝓ-
texit me in abſcondito tabernaculi ſui.
In petra exaltauit me: ⁊ nūc exaltauit
caput meū ſuꝑ inimicos meos. Circū-
iui ⁊ immolaui in tabernaculo ei⁹ hoſtiā
vociferatōis cātabo ⁊ pſalmū dicā dn̄o.
Exaudi dn̄e vocē meā qua clamaui ad
te: miſerere mei ⁊ exaudi me. Tibi dixit
cor meū exquiſiuit te facies mea: faciē
tuā dn̄e requirā. Ne auertas faciē tuā
a me: ne declines in ira a ſeruo tuo. Ad-
iutor meus es tu ne derelinquas me:
neq̄ deſpicias me deus ſalutaris meus

Qm̄ pater meus ⁊ mater mea dereliq̄-
runt me: dn̄s aūt aſſumpſit me. Legē
pone mihi dn̄e in via tua: et dirige me
in ſemita recta ꝓpter inimicos meos.
Ne tradideris me in aīas tribulantiū
me. qm̄ inſurrexerūt in me teſtes iniqui:
⁊ mētita eſt iniquitas ſibi. Credo vide
re bona dn̄i: in terra viuentiū. Expecta
dn̄m viriliter age: ⁊ cōfortetur cor tuū et
ſuſtine dn̄m. Pſalmus ipſi dauid.
D te dn̄e clamabo XXVII
a deus me⁹ ne ſileas a me: ne qn̄
taceas a me: ⁊ aſſimilabor deſcē
dentibꝫ in lacū. Exaudi dn̄e vocē oratio
nis mee dū oro ad te: dū extollo manuſ
meas ad templū ſanctū tuū. Ne ſimul
tradas me cū peccatoribꝫ: et cū opanti-
bus iniq̄tatē ne ꝑdas me. Qui loquū-
tur pacē cum ꝓximo ſuo: mala autē in
cordibꝫ eoꝝ. Da illis ſm̄ opa eoꝝ: ⁊ ſm̄
nequiciā adinuentionū ipſoꝝ. Scd̄m
opa manuū eoꝝ tribue illiſ: redde retri
butionē eoꝝ ipſis. Qm̄ nō intellexerūt
opa dn̄i ⁊ in opa manuū eius deſtrues
illos ⁊ nō edificabis eos. Bn̄dictus do-
minus qm̄ exaudiuit vocē depcationis
mee. Dn̄s adiutor meus ⁊ ꝓtector me-
us: ⁊ in ipſo ſperauit cor meū ⁊ adiutus
ſum. Et refloruit caro mea: et ex volun
tate mea confitebor ei. Dn̄s fortitudo
plebis ſue: et ꝓtector ſaluatōnum chri-
ſti ſui eſt. Saluū fac pp̄lm tuū dn̄e ⁊ be
nedic hereditati tue: et rege eos et ex-
tolle illos vſq̄ ineternum.
Pſalmus dauid in conſummatōne
tabernaculi. XXVIII
Fferte dn̄o filij dei: afferte dn̄o
a filios arietū. Afferte dn̄o glā
et honorē: afferte dn̄o gloriam
nomini eius: adorate dn̄m in atrio ſan
cto eius: Uox dn̄i ſuꝑ aquas: deus ma
ieſtatis intonuit. dn̄s ſuꝑ aquas mul-
tas. Uox dn̄i in virtute: vox dn̄i in ma-
gnificentia. Uox dn̄i confringentis ce-
dros: et confringet dn̄s cedros libani.
Et cōminuet eas tanq̄ vitulū libani:
et dilectus queamadmodū filius vni-
cornīū. Uox dn̄i intercidentis flāmam

ignis:vox dñi ꝯcutiẽtis deſertũ:et com
mouebit dñs deſertuꝫ cades. Vox dñi
ꝑparãtis ceruos ⁊ reuelabit cõdenſa:
et in tẽplo eius oẽs dicent gloꝛiã. Dñs
diluuiũ inhabitare facit:⁊ ſedebit dñs
rex ineternũ. Dñs virtutẽ ꝑplo ſuo da/
bit:dñs bñdicet ꝑplo ſuo in pace.

Pſalmus cantici in dedicatõne do/
mus dauid. XXIX

e xaltabo te dñe qm̃ ſuſcepiſti me
nec delectaſti inimicos meos
ſup me. Dñe deus me⁹ clama/
ui ad te:et ſanaſti me. Dñe eduxiſti ab
inferno aĩam meã:ſaluaſti me a deſcen/
dentib⁹ in lacũ. Pſallite dño ſancti ei⁹:
et ꝯfitemini memoꝛie ſanctitatis eius
Qm̃ ira in indignatõe eius:et vita in
volũtate eius. Ad veſperũ demoꝛabitur
fletus:⁊ ad matutinũ leticia. Ego aũt
dixi in abũdãtia mea:nõ mouebor in
etnũ. Dñe in volũtate tua:pſtitiſti deco
ri meo virtutẽ. Auertiſti faciẽ tuã a me
⁊ factus ſum ꝯturbatus. Ad te dñe cla/
mabo:et ad deum meũ dep̄cabor. Que
vtilitas in ſanguine meo:dum deſcen/
do in coꝛruptionẽ? Nũquid ꝯfitebitur
tibi puluis:aut annũciabit veritatẽ tuã
Audiuit dñs ⁊ miſertus eſt mei:dñs fa
ctus eſt adiutoꝛ meus. Cõuertiſti plan
ctum meũ in gaudiũ mihi: ꝯſcidiſti ſac
cum meũ ⁊ circũdediſti me leticia. Vt
cantet tibi gloꝛia mea ⁊ non ꝯpungar.
dñe deus meus ineternũ ꝯfitebor tibi.

In finẽ pſ dauid, ꝓ extaſi. XXX

i N te dñe ſperaui nõ cõfundar
ineternuꝫ:in iuſticia tua libera
me. Inclina ad me aurẽ tuã ac
celera vt eruas me. Eſto mihi in deũ ꝓ
tectoꝛẽ ⁊ in domũ refugij: vt ſaluũ me
facias. Qm̃ foꝛtitudo mea ⁊ refugium
meũ es tu:et ꝓpter nomẽ tuũ deduces
me ⁊ enutries me. Educes me de laqo
hoc quẽ abſconderũt mihi:qm̃ tu es ꝓ/
tectoꝛ meus. In manus tuas cõmen/
do ſpm̃ meũ:redemiſti me dñe deuſ ve
ritatiſ. Odiſti obſeruãtes vanitates ſu
ꝑuacue. Ego aũt in dño ſperaui: exulta
bo ⁊ letaboꝛ in miſericoꝛdia tua. Qm̃
reſpexiſti humilitatẽ meã:ſaluaſti de ne
ceſſitatib⁹ aĩam meã. Nec ꝯcluſiſti me
in manib⁹ inimici mei: ſtatuiſti in loco
ſpacioſo pedes meos. Miſerere mei do/
mine qm̃ tribuloꝛ: ꝯturbatus eſt in ira
oculus meus:aĩa mea ⁊ venter meus.
Qm̃ defecit in doloꝛe vita mea: et anni
mei in gemitib⁹. Infirmata eſt in pau
ꝑtate virtus mea: et oſſa mea ꝯturba/
ta ſunt. Sup oẽs inimicos meos fact⁹
ſum obꝓbꝛiũ vicinis meis valde: ⁊ ti
moꝛ notis meiſ. Qui videbãt me foꝛaſ
fugerunt a me:et obliuioni datus ſum
tanq̃ moꝛtuus a coꝛde. Factus ſum tã
q̃ vas ꝑditum:qm̃ audiui vituperationẽ
multoꝝ ꝯmoꝛantiũ in circũitu. In eo
dum ꝯuenirẽt ſimul aduerſum me: ac
cipe aĩam meã ꝯſiliati ſunt. Ego auteꝫ
in te ſperaui dñe:dixi deus meus es tu
in manibus tuis ſoꝛtes mee. Eripe me
de manu inimicoꝝ meoꝝ: ⁊ a ꝑſequẽti/
bus me. Illuſtra faciẽ tuã ſup ſeruũ tu/
um:ſaluũ me fac in miſcdia tua dñe nõ
ꝯfundar qm̃ inuocaui te. Erubeſcãt im
pij ⁊ deducãtur in infernũ muta fiãt la/
bia doloſa. Que loquũtur aduerſus iu/
ſtũ iniquitatẽ:in ſupbia ⁊ in abuſione.
Quã magna multitudo dulcedis tue
dñe:quã abſcõdiſti timẽtib⁹ te: Perfe/
ciſti eis qui ſperãt in te:in ꝯſpectu filio/
rum hoĩm. Abſcõdes eos in abſcõdito
faciei tue:a ꝯturbatõe hoĩm. Prote/
ges eos in tabernaculo tuo a ꝯtradicti/
one linguaꝝ. Bñdictus dñs qm̃ mirifi/
cauit miſcdiã ſuã mihi in ciuitate mu
nita. Ego aũt dixi in exceſſu mẽtis mee
ꝓiectus ſum a facie oculoꝝ tuoꝝ. Ideo
exaudiſti vocẽ oꝛõnis mee:dũ clamarẽ
ad te. Diligite dñm oẽs ſancti eius qm̃
veritatẽ requiret dñs:⁊ retribuet abun
danter faciẽtib⁹ ſupbiã. Viriliter agite
et cõfoꝛtetur coꝛ vrm̃:omnes qui ſpera
tis in domino. Intellectus dauid.

Eati quoꝝ remiſſe XXXI
b ſunt iniquitates: ⁊ quoꝝ tecta
ſunt peccata. Btũs vir cui non
imputauit dñs peccatuꝫ: nec eſt in ſpũ
eius dolus. Qm̃ tacui inueterauerunt

oſſa mea dū clamarē tota die. Qm̄ die
ac nocte grauata eſt ſuꝑ me manuſ tua
ꝯuerſus ſum in erumna mea dū ꝯfigi/
tur ſpina. Delictū meū ꝯgnitū tibi feci
et iniuſticiā meā nō abſcōdi. Dixi ꝯfite
bor aduerſum me iniuſticiā meā dño: ⁊
tu remiſiſti impietatem pcc̄i mei. Pro
hac orabit ad te oīs ſcūs in tp̄e oportu/
no. Verūtn̄ in diluuio aquaꝝ multaꝝ
ad eū nō approximabūt Tu es refugiū
meū a tribulatōe q̄ circūdedit me. exul/
tatio mea erue me a circūdantibꝫ me.
Intellectū tibi dabo ⁊ inſtruā te in via
hac q̄ gradieris firmabo ſuꝑ te oculos
meoſ. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus
quibꝫ nō eſt intellectus. In chamo et
freno maxillas eoꝝ ꝯſtringe: qui nō ap/
proximāt ad te. Multa flagella peccato/
ris: ſperantē aūt in dño mīa circūdabit.
Letamini in dño ⁊ exultate iuſti: et glo/
riamini oēs recti corde. In finē pſal
mus dauid. XXXII

xultate iuſti ī dño: rectos decet
e collaudatio. Confitemī dño in
cithara: in pſalterio decē chorda
rū pſallite illi. Cantate ei canticū nouū
bn̄ pſallite ei in vociferatōne. Quia re/
ctū eſt verbū dñi. ⁊ oīa opa eius in fide.
Diligit mīaꝫ ⁊ iudiciū: mīa dñi plena ē
terra Verbo dñi celi firmati ſunt: ⁊ ſpū
oris eiꝰ oēs virtꝰ eoꝝ. Congregās ſic in
vtre aq̄e maris: ponēs in theſaurꝫ abyſ/
ſos. Timeat dñm oīs terra: ab eo autē
ꝯmoueātur oēs inhabitātes orbē Qm̄
ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mandauit et
creata ſunt. Dñs diſſipat ꝯſilia gentiū
reprobat aūt cogitatōes ꝑploꝝ: ⁊ repro
bat ꝯſilia principū. Conſiliū aūt dñi in
eternū manet: cogitatōes cordis eius
in generatōeꝫ ⁊ generationē. Btā gens
cuius eſt dñs deus eius: ꝑplus quē ele
git in hereditatem ſibi. De celo reſpexit
dñs: vidit oēs filios hoīm. De ꝑpara/
to habitaculo ſuo: reſpexit ſuꝑ oēs qui
habitant terrā. Qui finxit ſingillatim
corda eoꝝ: qui intelligit oīa opa eoꝝ.
Nō ſaluatur rex ꝑ multā virtutē: et gi/
gas nō ſaluabitur in multitudīe virtu/
tis ſue. Fallax equus ad ſalutē: in abun
dantia aūt virtutis ſue nō ſaluabit. Ec
ce oculi dñi ſuꝑ metuētes eū: ⁊ in eis q̄
ſperant ſuꝑ mīa eiuſ. Vt eruat a morte
aīas eoꝝ: ⁊ alat eos in fame. Aīa nr̄a ſu/
ſtinet dñm: qm̄ adiutor ⁊ ꝓtector nr̄ eſt
Quia in eo letabitur cor nr̄m: et in
noīe ſcō eius ſperauimus. Fiat miſcōia
tua dñe ſuꝑ nos: quēadmodū ſperaui/
mus in te. Pſalmus dauid cū mu/
tauit vultū ſuū coram abimelech et di/
miſit eum et abijt. XXXIII

Enedicā dñm in oī tp̄e ſꝑ laus
b eius in ore meo In dño lauda
bitur aīa mea audiāt manſueti
⁊ letent. Magnificate dñm mecū ⁊ exal
temus nomē eiuſ in idipm. Exquiſiui
dñm ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex oībꝫ tribulati
onibꝫ meis eripuit me. Accedite ad euꝫ
⁊ illuminamini: ⁊ facies vr̄e nō ꝯfundē
tur. Iſte pauꝑ clamauit ⁊ dñs exaudi/
uit eum: et de oībꝫ tribulatōibꝫ eius ſal
uauit eū. Immittet angelus dñi in cir
cūitu timentiū eū: ⁊ eripiet eos. Guſta
te ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dñs: btūs vir
qui ſperat in eo. Timete dñm oēs ſan/
cti eius: qm̄ nō eſt inopia timentibꝫ eū
Diuites eguerūt ⁊ eſurierūt: inquiren
tes aūt dñm nō minuent oī bono. Ve
nite filij audite me: timorē dñi docebo
vos Quis eſt homo q̄ vult vitā: diligit
dies videre bonos. Prohibe linguā tuā
a malo: ⁊ labia tua ne loquātur dolum.
Diuerte a malo ⁊ fac bonū: inq̄re pacꝫ
et ꝑſequere eā. Oculi dñi ſuꝑ iuſtos: et
aures eius in p̄ces eoꝝ. Vultus autꝫ
dñi ſuꝑ facientes mala: vt ꝑdat de terra
memoriā eoꝝ. Clamauerūt iuſti ⁊ dñs
exaudiuit eos: et ex oībꝫ tribulatōibꝫ
eoꝝ liberauit eoſ. Iuxta eſt dñs his qui
tribulato ſunt corde: ⁊ hūiles ſpū ſalua
bit. Multe tribulatōes iuſtoꝝ ⁊ de oībꝫ
his liberabit eos dñſ. Cuſtodit dñs oīa
oſſa eoꝝ: vnū ex his nō conteret. Mors
pc̄cōꝝ peſſima: ⁊ qui oderūt iuſtū delin/
quēt. Redimet dñs aīas ſeruoꝝ ſuoꝝ:
et nō delinquēt oēs qui ſperāt in eo.
In finē p̄s ipſi dauid. XXXIIII

Udica dñe nocētes me: expu⸗
i gna impugnātes me. Apprehē
de arma ⁊ ſcutū: ⁊ exurge in ad
iutoriū mihi. Effunde frameā ⁊ cōclu⸗
de aduerſus eos q̄ pſequunt̄ me dic aīe
mee: ſalus tua ego ſum. Cōfundant̄ et
reuereant̄: q̄rentes aīaʒ meā. Auertant̄
retrorſum ⁊ ꝯfundātur: cogitātes mi⸗
hi mala. Fiāt tanq̄ puluis ante faciem
venti: ⁊ angelus dñi coartās eoſ. Fiant
vie illoꝝ tenebre ⁊ lubricum: ⁊ angelus
dñi pſequēs eos. Qm̄ gratis abſconde
rūt mihi interitū laquei ſui: ſupuacue
exprobrauerūt aīaʒ meā. Ueniat illi la⸗
queus quē ignorat: et captio quā abſcō
dit apprehendat eū: et in laqueuʒ cadat
in idipm̄. Aīa aūt mea exultabit in dño
et delectabit̄ ſup ſalutari ſuo. Oīa oſſa
mea dicēt: dñe quis ſilis tibi? Eripiēs
inopem de manu fortioꝝ eius: egenum
et paupem a diripiētib; eū. Surgen⸗
tes teſtes iniqui: que ignorabā interro
gabāt me. Retribuebāt mihi mala ꝓ bo
niſ: ſterilitatē aīe mee Ego aūt cū mihi
moleſti eſſent: induebar cilicio. Humi
liabā in ieiunio aīam meā. ⁊ oratio mea
in ſinu meo ꝯuertet̄. Quaſi ꝓximū et
quaſi frēm nr̄m ſic ꝯplacebā: quaſi lu⸗
gens ⁊ ꝯtriſtatus ſic hūiliabar. Et ad⸗
uerſum me letati ſunt ⁊ ꝯuenerūt: con
gregata ſunt ſup me flagella ⁊ ignoraui
Diſſipati ſunt nec ꝯpuncti: tentauerūt
me ſubſannauerūt me ſubſannatōne:
frenduerūt ſup me dentib; ſuis. Dñe
qn̄ reſpicies: reſtitue aīam meā a mali⸗
gnitate eoꝝ a leonib; vnicā meā. Cōfi⸗
tebor tibi in eccleſia magna: in ꝑlo gra
ui laudabo te. Nō ſupgaudeāt mihi qui
aduerſant̄ mihi inique: qui oderūt me
gratis ⁊ annuūt oculiſ. Qm̄ mihi q̄dē
pacifice loquebant̄: et in iracūdia terre
loquētes dolos cogitabāt. Et dilataue⸗
runt ſup me os ſuū: dixerūt euge euge
viderūt oculi nr̄i. Uidiſti dñe ne ſileas
dñe ne diſcedas a me. Exurge ⁊ intēde
iudicio meo deus me⁹: et dñs meus in
cauſaʒ meā. Judica me ſm̄ iuſticiā tuā
dñe deus meus: ⁊ nō ſupgaudeāt mihi

Nō dicāt in cordib; ſuis euge euge aīe
nr̄e: nec dicāt deuorabimus eū. Erube⸗
ſcāt ⁊ reuereātur ſil: qui gratulātur ma
lis meis. Induātur ꝯfuſione ⁊ reuerē⸗
tia: qui maligna loquūtur ſup me. Ex⸗
ultēt ⁊ letētur qui volūt iuſticiā meā: et
dicant ſemp magnificetur dñs qui vo⸗
lūt pacē ſerui eius. Et lingua mea me⸗
ditabit̄ iuſticiā tuā: tota die laudē tuā.

In finē ſeruo dñi dauid XXXV

Dixit iniuſt⁹ vt delinq̄t i ſemet⸗
d ipſo: nō eſt timor dei āñ oc'los
ei⁹. Qm̄ doloſe egit in cōſpectu
eius: vt inueniat̄ iniquitas ei⁹ ad odiū
Uerba oris eius iniquitas ⁊ dolus: no⸗
luit intelligere vt bñ ageret. Iniquita
tē meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit oī
vie nō bone: maliciā aūt ñ odiuit. Dñe
in celo mīa tua ⁊ veritas tua vſq; ad nu
bes. Juſticia tua ſicut montes dei: iudi
cia tua abyſſus multa Hoīes ⁊ iumēta
ſaluabis dñe: queadmodū multiplica⸗
ſti mīaʒ tuā deus. Filij aūt hoīm: in te⸗
gmine alaꝝ tuaꝝ ſperabūt. Inebriabū⸗
tur ab vbertate dom⁹ tue: ⁊ torrēte volu
ptatis tue potabis eos. Qm̄ apō te eſt
fons vite. ⁊ in lumine tuo videbim⁹ lu
mē. Pretēde mīaʒ tuā ſitiētib; te: ⁊ iu⸗
ſticiā tuā his q̄ recto ſunt corde. Nō ve⸗
niat mihi pes ſupbie: ⁊ manus pctōris
nō moueat me. Ibi ceciderūt q̄ opant̄
iniquitateʒ: expulſi ſunt nec potuerunt
ſtare.

Pſalm⁹ ipſi dauid. XXXVI

Oli emulari in malignantib;:
n neq; zelaueris facietes iniqui⸗
tatē. Qm̄ tanq̄ fenū velociter
areſcent: ⁊ quemadmodū olera herbaꝝ
cito decidēt. Spera in dño ⁊ fac bonita
tē: ⁊ inhabita terram ⁊ paſceris in diui⸗
tijs eius. Delectare in dño: ⁊ dabit tibi
petitōes cordis tui. Reuela dño viā tu
am ⁊ ſpera in eo: ⁊ ipſe faciet. Et educēt
quaſi lumē iuſticiā tuā ⁊ iudiciū tuum
tanq̄ meridiē ſubdit⁹ eſto dño ⁊ ora eū
Noli emulari in eo q̄ pſperat̄ in via ſua
in hoīe faciēte iniuſticiaſ. Deſine ab ira
et derelinq̄ furorē: noli emulari vt mali
gnerſ. Qm̄ q̄ malignant̄ extermiabunt̄

ſuſtinētes aūt dñm ipi hereditabūt ter
rā. Et adhuc puſillū ⁊ nō erit peccator:
⁊ qres locū ei⁹ ⁊ nō inuenies. Māſueti
aūt hereditabūt terrā: ⁊ delectabunt in
multitudīe pacis. Obſeruabit peccator
iuſtū: ⁊ ſtridebit ſup eum dentibꝫ ſuis.
Dñs autē irridebit eum: qm̄ ꝓſpicit q
ueniet dies eius. Gladiū euaginauerūt
peccatores: intenderūt arcum ſuū. Ut
decipiāt paupem ⁊ inopē: vt trucident
rectos corde. Gladius eoꝝ intrat in cor
da ipſoꝝ: ⁊ arcus eoꝝ ꝯfringat. Melius
eſt modicū iuſto: ſup diuitias peccatoꝝ
multas. Qm̄ brachia peccatoꝝ ꝯteren
tur: ꝯfirmat aūt iuſtos dñs. Nouit do
minus dies immaculatoꝝ: et hereditas
eoꝝ ineternū erit. Nō ꝯfundent in tpe
malo: et in diebꝫ famis ſaturabūtur q2
pctōres ꝑibūt. Inimici vo dñi mox vt
honorificati fuerint ⁊ exaltati: deficiētes
queadmodū fumus deficiēt. Mutuabi
tur pctōr ⁊ nō ſoluet: iuſtus aūt miſere
tur ⁊ tribuet. Quia bñdicētes ei heredi
tabūt terrā: maledicētes aūt ei diſperi
būt. Apud dñm greſſus hoīs dirigēt: ⁊
viā ei⁹ volet. Cū ceciderit nō collidet:
q2 dñs ſupponit manū ſuā. Iunior fui
etenī ſenui: ⁊ nō vidi iuſtū derelictum
nec ſemē ei⁹ querēs panē. Tota die mi
ſeretur ⁊ cōmodat: ſemē illius in bñdi
ctione erit. Declina a malo ⁊ fac bonū:
⁊ inhabita in ſeculū ſeculi. Quia dñs
amat iudiciū: ⁊ nō derelinquet ſcōs ſu
os ineternū ꝯſeruabunt. Iniuſti puni
ent: ⁊ ſemē impioꝝ ꝑibit. Iuſti aūt he
reditabūt terrā: ⁊ inhabitabūt in ſclm
ſcli ſup eā. Os iuſti meditabit ſapiam:
⁊ lingua ei⁹ loqtur iudiciū. Lex dei eius
in corde ipſius: et nō ſupplantabuntur
greſſus eius. Cōſiderat peccator iuſtū
et querit mortificare eū. Dñs aūt non
derelinquet eū in manibꝫ eius: nec da
mnabit eū cum iudicabit illi. Expecta
dñm et cuſtodi viā eius: et exaltabit te
vt hereditate capias terrā: cum ꝑierint
pctōres videbis. Uidi impiū ſuperexalta
tum: et eleuatū ſicut cedros libani. Et
tranſiui: et ecce nō erat. et queſiui eum
et non eſt inuentus locus eius. Cuſto
di innocentiā ⁊ vide equitatē: quoniā
ſunt reliquie homini pacifico. Iniuſti
aūt diſꝑibūt: ſimul reliquie impioꝝ in
teribūt. Salus aūt iuſtoꝝ a dño: ⁊ ꝓte
ctor eoꝝ in tpe tribulatōis. Et adiuua
bit eos dñs ⁊ liberabit eos: ⁊ eruet eos
a peccatoribꝫ: ⁊ ſaluabit eos q2 ſperaue
runt in eo.

Pſalmus dauid in reme
moratōne ſabbati. XXXVII

D omine ne in furore tuo argu
as me: neqꝫ in ira tua corripias
me. Quoniā ſagitte tue infixe
ſunt mihi: ⁊ ꝯfirmaſti ſup me manū tu
am. Nō eſt ſanitas in carne mea a facie
ire tue: nō eſt pax oſſibꝫ meis a facie pec
catoꝝ meoꝝ. Qm̄ iniqtates mee ſuper
greſſe ſunt caput meū: ⁊ ſicut onus gra
ue grauate ſunt ſup me. Putruerūt ⁊
corrupte ſunt cicatrices mee: a facie in
ſipiētie mee. Miſer factus ſum ⁊ curua
tus ſum vſqꝫ in finē: tota die ꝯtriſtatus
ingrediebar. Qm̄ lūbi mei impleti ſūt
illuſionibus: ⁊ non eſt ſanitas in carne
mea. Afflictus ſum ⁊ hūiliatus ſum ni
mis: rugiebā a gemitu cordis mei. Dñe
an̄ te oīne deſideriū meū: ⁊ gemit⁹ me
us a te nō eſt abſcōditus. Cor meū cō
turbatū eſt: dereliquit me virt⁹ mea: et
lumē oculoꝝ meoꝝ ⁊ ipm nō eſt mecū.
Amici mei ⁊ ꝓximi mei: aduerſum me
appropinquerūt ⁊ ſteterūt. Et q̄ iuxta
me erant delonge ſteterūt ⁊ vim facie
bāt qui qrebāt aīaꝫ meā. Et q̄ inquire
bāt mala mihi locuti ſunt vanitates et
dolos tota die meditabātur. Ego autē
tanqꝫ ſurdus nō audiebā: ⁊ ſicut mut⁹
non aperiens os ſuū. Et factus ſum ſi
cut homo nō audiens: ⁊ non habens in
ore ſuo redargutōnes. Quoniam in te
domine ſperaui: tu exaudies me domi
ne deus meus. Quia dixi ne quādo ſu
pergaudeāt mihi inimici mei: et dū cō
mouentur pedes mei ſup me magna lo
cuti ſunt. Qm̄ ego in flagella paratus
ſum: ⁊ dolor meus in cōſpectu meo ſem
per. Qm̄ iniquitatem meam annuncia
bo: et cogitabo ꝓ peccato meo. Inimici

aũt mei viuũt ⁊ ꝯfirmati ſunt ſuꝑ me:
⁊ multiplicati ſunt qui oderũt me iniq̃
Qui retribuũt mala ꝓ bonis detrahe-
bãt mihi: qm̃ ſequebar bonitatẽ. Nõ de
relinq̃s me dñe deus meus ne diſceſſe
ris a me. Intẽde in adiutoriũ meũ do-
mine deus ſalutis mee: In finẽ ꝓ
ydithum canticũ dauid. XXXVIII
Ixi cuſtodiam vias meas:
d vt nõ delinquam in lingua
mea. Poſui ori meo cuſtodi
am: cũ ꝯſiſteret peccator ad-
uerſum me. Obmutui et humiliatus
ſum ⁊ ſilui a bonis: ⁊ dolor meus reno-
uatus eſt. Concaluit cor meũ intra me:
⁊ in meditatõne mea exardeſcet ignis.
Locutus ſum in lingua mea: notuꝫ fac
mihi dñe finẽ meũ. Et numerũ dieruꝫ
meoꝝ quis eſt. vt ſciã quid deſit mihi.
Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos
⁊ ſubſtãtia mea tanq̃ꝫ nihilũ añ te. Ve-
runtñ vniuerſa vanitas: oĩs hõ viuẽs.
Veruntñ in imagine ptranſit hõ: ſꝫ et
fruſtra ꝯturbat᷑. Theſauriçat et ignorat
cui ꝯgregabit ea. Et nũc q̃ eſt expecta-
tio mea: nõne dñs? ⁊ ſuba mea apd̃ te
eſt. Ab oĩbꝫ iniquitatibus meis erue
me: obprobriũ inſipiẽti dediſti me. Ob
mutui ⁊ nõ aperui os meũ: qm̃ tu feci-
ſti: amoue a me plagas tuas. A fortitu-
dine manus tue ego defeci in increpati
onibꝫ: ꝓpter iniquitatẽ corripuiſti hoieꝫ.
Et tabeſcere feciſti ſicut araneã aĩaꝫ eiꝰ:
veruntñ vane ꝯturbat᷑ oĩs hõ. Exaudi
orationẽ meã dñe ⁊ deprecatõꝫ meã au
ribꝫ ꝑcipe lachrymas meas. Ne ſileas
qm̃ aduena ego ſum apud te: ⁊ ꝑegrinꝰ
ſicut oẽs pr̃es mei. Remitte mihi vt
refrigerer priuſq̃ꝫ abeã: ⁊ ãplius nõ ero.
In finẽ pſalmus dauid. XXXIX
Xpectans expectaui dñm: ⁊ intẽ-
e dit mihi Et exaudiuit ꝑces me
as: ⁊ eduxit me de lacu miſerie
⁊ de luto fecis. Et ſtatuit ſupra petrã pe
des meos: et direxit greſſus meos. Et
immiſit in os meũ canticũ nouum: car
men deo nr̃o. Videbunt multi ⁊ time-
bũt ⁊ ſperabũt in dño. Btũs vir cuius
eſt nomen dñi ſpes eius ⁊ nõ reſpexit in
vanitates ⁊ inſanias falſas. Multa fe-
ciſti tu dñe deus meus mirabilia tua et
cogitatõibus tuis nõ eſt qui ſimilis ſit
tibi. Annunciaui ⁊ locutus ſum: multi
plicati ſunt ſuꝑ numerũ. Sacrificiũ et
oblationem noluiſti: aures aũt ꝑfeciſti
mihi. Holocauſtũ ⁊ ꝓ peccato nõ poſtu-
laſti: tũc dixi ecce venio. In capite libri
ſcriptũ eſt de me vt facere volũtatẽ tuã
deus meus volui ⁊ legẽ tuam in medio
cordis mei Annũciaui iuſticiã tuã in ec
cleſia magna: ecce labia mea nõ ꝓhibe-
bo dñe tu ſciſti. Juſticiã tuã nõ abſcon
di in corde meo: veritatẽ tuã et ſalutare
tuũ dixi. Non abſcondi miſericordiam
tuã ⁊ veritatẽ tuã: a cõcilio multo. Tu
aũt dñe ne longe facias miſeratõẽs tu-
as a me: miſericordia ⁊ veritas tua ſem
per ſuſceperũt me. Qm̃ circundederũt
me mala quoꝝ nõ eſt numerus: ꝯꝓxen
derũt me iniq̃tates mee: ⁊ nõ potui vt
viderẽ. Multiplicate ſunt ſuꝑ capillos
capitis mei: ⁊ cor meum dereliquit me
Complaceat tibi dñe vt eruas me: dñe
gens paupem. Ut collocet eū cū princi
pibus:cū principib9 pp̄li ſui. Qui habi
tare facit ſterilē in domo matrē filior̄ le
tantem. Alleluia Alleluia CXIII

N exitu iſrael de egipto:domuſ
i iacob de pp̄lo barbaro. Fcā eſt
iudea ſanctificatio eius:iſrl̄ po/
teſtas eius: Mare vidit et fugit:iorda/
nis conuerſus eſt retrorſum. Montes
exultauerunt vt arietes:et colles ſicut
agni ouium. Quid eſt tibi mare q̄ fugi
ſti:⁊ tu iordanis q2 cōuerſus es retror/
ſum: Mōtes exultaſtis ſicut arietes:et
colles ſicut agni ouiū. A facie dn̄i mota
eſt terra:a facie dei iacob. Qui cōuertit
petrā in ſtagna aq̄r̄:et rupem in fontes
aquar̄. Nō nobis dn̄e nō nobis:ſed no
mini tuo da gloriā. Sup mīa tua ⁊ ve/
ritate tua:neqn̄ dicant gentes vbi eſt
deus eor̄. Deus aūt noſter in celo:oīa
quecūq3 voluit fecit. Simulacra genti/
um argentū ⁊ aurū:opa manuū hoīm.
Os habent ⁊ nō loquent̄:oculos hn̄t ⁊
nō videbūt. Aures habent ⁊ nō audiēt
nares hn̄t ⁊ nō odorabūt. Manus hn̄t
et nō palpabūt:pedes hn̄t ⁊ nō ambu/
labūt:nō clamabūt in gutture ſuo. Si
miles illis fiant qui faciūt ea:⁊ omnes
qui ɔfidunt in eis. Domus iſrael ſpera
uit in dn̄o:adiutor eor̄ ⁊ ꝓtector eorū
eſt. Domus aaron ſperauit in dn̄o:ad/
eor̄ ⁊ ꝓtector eor̄ eſt. Qui timent do/
minum ſperauerūt in dn̄o:adiutor eor̄
et ꝓtector eor̄ eſt. Dn̄s memor fuit no
ſtri:et bn̄dixit nobis. Benedixit domui
iſrael:bn̄dixit domui aaron. Benedixit
omnib9 qui timēt dn̄m:puſillis cū ma
iorib9. Adijciat dn̄s ſup vos:ſup vos et
ſup filios vr̄os. Benedicti vos dn̄o:qui
fecit celū ⁊ terram. Celū celi dn̄o:terrā
aūt dedit filijs hoīm. Non mortui lau/
dabunt te dn̄e:neq3 omnes qui deſcen/
dūt in infernū. Sed nos qui viuimus
benedicimus dn̄o:ex hoc nunc ⁊ vſq3 in
ſeculum. Alleluia. CXIIII

Jlexi:qm̄ exaudiet domi/
nus:vocē orationis mee:
d Quia inclinauit aurē ſuā
mihi:et in dieb9 meis in/
uocabo Circūdederūt me
dolores mortis:⁊ picula inferni inuene
runt me. Tribulationē ⁊ dolorē inueni
et nomē dn̄i inuocaui. O dn̄e libera ani
mam meā miſericors dn̄s ⁊ iuſtuſ:⁊ de
us nr̄ miſeret̄. Cuſtodiēs puulos dn̄s:
humiliatus ſum ⁊ liberauit me. Cōuer
tere aīa mea in requiē tuā:q2 dn̄s bene
fecit tibi. Quia eripuit aīam meam de
morte:oculos meos a lachrymis:pedes
meos a lapſu. Placebo dn̄o:in regione
viuorum. Alleluia. CXV

Redidi ꝓpter q̄d locutus ſum
c ego aūt hūiliatus ſum nimis.
Ego dixi in exceſſu meo:omīs
hō mendax. Quid retribuā dn̄o ꝓ omī
bus que retribuit mihi. Calicē ſaluta/
ris accipiā:⁊ nomē dn̄i inuocabo. Uota

mea domino reddā coꝛā oīm ꝑplo eius
ꝑcioſa in cōſpectu dñi moꝛs ſcōꝝ eius.
O dñe qꝛ ego ſeruus tuus: ego ſeruus
tuus ꝛ filius ancille tue. Dirupiſti vin
cula mea: tibi ſacrificabo hoſtiā laudis
et nomē dñi inuocabo. Uota mea dño
reddam in ꝯſpectu omnis ꝑpli eius: in
atrijs domus dñi in medio tui hieruſa/
lem. Alleluia Alleluia. CXVI

Audate dñm oēs gentes: lau/
l date eum oēs ꝑpli. Qm̄ confir/
mata eſt ſup nos miſericoꝛdia
eius: et veritas dñi manet ineternum.
Alleluia Alleluia CXVII

Onfitemini dño qm̄ bonus:
c qm̄ in ſeculū miſcōia eius. Di/
cat nūc iſrael qm̄ bonus: qm̄ in
ſeculū miſcōia eius. Dicat nūc domus
aaron qm̄ bonus: qm̄ in ſeculū miſcōia
eius. Dicant nūc oēs qui timēt dñm:
qm̄ in ſeculū mīa eius. De tribulatōne
inuocaui dñm: et exaudiuit me in lati/
tudine dñs. Dñs mihi adiutoꝛ: nō time
bo quid faciat mihi hō. Dñs mihi adiu
toꝛ: ꝛ ego deſpiciā inimicos meos. Bo/
nū eſt ꝯfidere in dño: qꝫ ꝯfidere in hōie
Bonum eſt ſperare in dño qꝫ ſperare in
pꝛincipibꝫ. Oēs gentes circūierūt me:
et in noīe dñi qꝛ vltus ſum in eos. Cir
cūdantes circūdederunt me: et in noīe
dñi quia vltus ſum in eos. Circūdede
runt me ſicut apes et exarſerunt ſicut
ignis in ſpinis: et in noīe dñi qꝛ vltus
ſum in eos. Impulſus euerſus ſum vt
caderē: et dñs ſuſcepit me. Foꝛtitudo
mea ꝛ laus mea dñs: et factus eſt mihi
in ſalutem. Uox exultatōnis et ſalutis
in tabernaculis iuſtoꝝ. Dextera dñi fe/
cit virtutem: dextera domini exaltauit
me: dextera domini fecit virtutem. Nō
moꝛiar ſed viuam: et narrabo opa dñi.
Caſtigans caſtigauit me dñs: et moꝛti
nō tradidit me. Aperite mihi poꝛtas iu
ſticie: ingreſſus in eas cōfiteboꝛ domi/
no: hec poꝛta dñi iuſti intrabūt in eam.
Confiteboꝛ tibi qm̄ exaudiſti me: et fa/
ctus es mihi in ſalutem. Lapidem quē
reprobauerūt edificātes: hic factus eſt
in caput anguli. A domino factum eſt
iſtud: ꝛ eſt mirabile in oculis nr̄is. Hec
eſt dies quā fecit dñs: exultemus ꝛ lete
mur in ea. O dñe ſaluū me fac o domi/
ne bene ꝓſperare: benedictus qui venit
in nomine domini. Benediximus vo/
bis de domo dñi: deus dominus ꝛ illu/
xit nobis. Conſtituite diem ſolennē in
condenſis vſqꝫ ad coꝛnu altaris. Deus
meus es tu ꝛ cōfitebor tibi: deus meus
es tu ꝛ exaltabo te. Confitebor tibi qm̄
exaudiſti me: et factus es mihi in ſalu/
tem. Confitemini domino qm̄ bonus:
quoniam in ſeculuꝫ miſericoꝛdia eius.
Alleluia. Aleph: doctrina. CXVIII

Eati immaculati in via: q̄ am/
b bulāt in lege dñi. Bti qui ſcru/
tantur teſtimonia eius: in toto
coꝛde exquirunt eum. Non enī qui ope
rantur iniquitatē: in vijs eius ambula/
uerunt: Tu mandaſti: mandata tua cu
ſtodiri nimis. Utinam dirigantur vie
mee: ad cuſtodiendas iuſtificatōes tu/
as. Tunc non confundar cum perſpere/
ro in omnibus mandatis tuis. Confi/
teboꝛ tibi in directōe coꝛdis: in eo qꝺ di/
dici iudicia iuſticie tue. Juſtificatōnes
tuas cuſtodiā: nō me derelinquas vſqꝫ
quaqꝫ: Beth: domus

N quo coꝛrigit adoleſcētioꝛ vi/
i am ſuā: in cuſtodiendo ſermo/
nes tuos. Jn toto coꝛde meo
exquiſiui te: ne repellas me a mādatis
tuis. Jn coꝛde meo abſcondi eloquia
tua vt nō peccem tibi. Bn̄dictus es do/
mine: doce me iuſtificatōnes tuas. Jn
labijs meis pꝛonunciaui omnia iudicia
oꝛis tui. Jn via teſtimonioꝝ tuoꝝ dele
ctatus ſum: ſicut in omnibus diuitijs
Jn mandatis tuis exercebor: et cōſide/
rabo vias tuas. Jn iuſtificatōibꝫ tuis
meditaboꝛ: nō obliuiſcar ſermones tu/
os. Gymel: plenitudo vel retributio.

Etribue ſeruo tuo: viuifica me
r et cuſtodiam ſermones tuos.
Reuela oculos meos: et conſi/
derabo mirabilia de lege tua. Jncola
ego ſum in terra: non abſcondas a me

mandata tua. Concupiuit aīa mea deſi
derare iuſtificatōes tuas in omni tem
pore. Increpaſti ſupbos: maledicti qui
declinant a mandatis tuis. Aufer a me
opprobriū ⁊ contemptū: qꝛ teſtimonia
tua exquiſiui. Etenim ſederunt princi-
pes ⁊ aduerſum me loquebant: ſeruus
autē tuus exercebatur in iuſtificationi-
bus tuis. Nam ⁊ teſtimonia tua medi-
tatio mea eſt: et conſilium meum iuſti-
ficatōes tue. Deleth: tabularum.
Dheſit pauimēto anima mea:
viuifica me ſm verbuꝫ tuum.
Vias meas enūciaui et exaudi
ſti me: doce me iuſtificatōnes tuas. Vi
am iuſtificationū tuarum inſtrue me ⁊
exercebor in mirabilibus tuis. Dormi-
tauit anima mea pre tedio: ɔfirma me
in verbis tuis. Viam iniquitatis amo-
ue a me: ⁊ de lege tua miſerere mei. Vi
am veritatis elegi: iudicia tua non ſum
oblitus. Adheſi teſtimonijs tuis dñe:
noli me ɔfundere. Viā mādatoꝝ tuoꝝ
cucurri: cū dilataſti cor meū. He: iſta
Egem pone mihi domine viaꝫ
l iuſtificationū tuaꝝ: et exquiraꝫ
eam ſemꝑ. Da mihi intellectū
et ſcrutabor legem tuā: ⁊ cuſtodiā illam
in toto corde meo. Deduc me in ſemi-
ta mandatoꝝ tuoꝝ: qꝛ ipſam volui. In-
clina cor meū in teſtimonia tua: et non
in auariciā. Auerte oculos meos ne vi-
deant vanitatē: in via tua viuifica me.
Statue ſeruo tuo eloquiū tuum: in ti-
more tuo. Amputa opprobriū meū qđ
ſuſpicatus ſum: qꝛ iudicia tua iocunda
Ecce concupiui mandata tua: in equi-
tate tua viuifica me.
Vau: hec vel ipſa:
T veniat ſup me miſericordia
e tua domine: ſalutare tuū ſcđm
eloquium tuum. Et reſponde-
bo exprobrantibus mihi verbum: quia
ſperaui in ſermonibus tuis. Et ne aufe
ras de ore meo verbum veritatis vſq3-
quaq3: qꝛ in iudicijs tuis ſuperſperaui.
Et cuſtodiā legem tuā ſemꝑ: in ſeculū
et in ſeculum ſeculi. Et ambulabam in
latitudine: quia mandata tua exquiſiui
Et loquebar in teſtimonijs tuis in cō-
ſpectu regum: et non confundebar. Et
meditabar in mandatis tuis que dilexi
Et leuaui manꝰ meas ad mandata tua
que dilexi: et exercebor in iuſtificationi-
bus tuis. zai: hec vel oliua.
Emor eſto verbi tui ſeruo tuo:
m in quo mihi ſpem dediſti. Hec
me conſolata eſt in humilitate
mea: quia eloquiū tuuꝫ viuificauit me.
Supbi inique agebant vſq3quaq3: a le
ge autē tua non declinaui. Memor fui
iudicioꝝ tuorum a ſeculo domine: et cō
ſolatus ſum Defectio tenuit me: ꝓ pec
catoribus derelinquentibꝰ legem tuaꝫ.
Cantabiles mihi erant iuſtificationes
tue: in loco ꝑegrinatōnis mee. Memor
fui nocte nōis tui dñe: ⁊ cuſtodiui legē
tuam. Hec facta eſt mihi: qꝛ iuſtificatio
nes tuas exquiſiui. Heth: vita.
Ortio mea dñe: dixi cuſtodire
p legem tuam. Deprecatus ſum
faciem tuaꝫ in toto corde meo
miſerere mei ſm eloquiū tuum. Cogi-
taui vias meas ⁊ conuerti pedes meos
in teſtimonia tua. Paratus ſum ⁊ non
ſum turbatus: vt cuſtodiā mādata tua
Funes peccatorum circūplexi ſunt me:
et legem tuam non ſum oblitus. Me-
dia nocte ſurgebam ad confitendū tibi
ſup iudicia iuſtificatōīs tue. Particeps
ego ſum oīm timentiū te: et cuſtodien
tium mandata tua. Miſericordia tua
domine plena eſt terra: iuſtificationes
tuas doce me. Teth: bonum.
Onitatem feciſti cū ſeruo tuo
b dñe: ſm verbū tuuꝫ. Bonitatē
et diſciplinam ⁊ ſcientiaꝫ doce
me: quia mandatis tuis credidi. Pri-
uſq3 hūiliarer ego deliqui ꝓpterea elo-
quium tuū cuſtodiui. Bonus es tu: et
in bonitate tua doce me iuſtificatōnes
tuas. Multiplicata eſt ſup me iniqui-
tas ſupboꝝ: ego aūt in toto corde meo
ſcrutabor mādata tua. Coagulatū eſt ſi
cut lac cor eoꝝ: ego vero legē tuam me-
ditatus ſum. Bonū mihi quia humili-

aſti me vt diſcam iuſtificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui: ſup milia au/
ri et argenti.     Joth: principium.
Anus tue fecerūt me ⁊ plaſma
m uerūt me: da mihi intellectum
vt diſcam mādata tua. Qui ti/
ment te videbūt me ⁊ letabūtur: q₂ in
verba tua ſupſperaui. Cognoui dn̄e q₂
equitas iudicia tua: et in veritate tua
humiliaſti me Fiat miſericordia tua vt
conſoletur me: ſcd̄m eloquium tuum
ſeruo tuo. Ueniant mihi miſeratōnes
tue et viuam: q₂ lex tua meditatio mea
eſt. Confundātur ſuperbi quia iniuſte
iniquitatē fecerunt in me: ego autē ex/
ercebor in mandatis tuis. Conuertan
tur mihi timentes te: ⁊ qui nouerūt te
ſtimonia tua. Fiat cor meum immacu/
latum in iuſtificationibus tuis vt non
confundar.     Caph: manus.
Efecit in ſalutari tuo aīa mea:
d et in verbū tuū ſupſperaui. De
fecerunt oculi mei in eloquiuꝫ
tuū: dicentes quando conſolaberis me
Quia factus ſum ſicut vter in pruina:
iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
Quot ſunt dies ſerui tui: quando faci/
es de perſequentibus me iudiciū. Nar/
rauerunt mihi iniqui fabulatōnes: ſed
nō vt lex tua. Omīa mandata tua veri
tas: iniqui pſecuti ſunt me adiuua me.
Paulominus conſummauerūt me in
terra: ego autem non dereliqui manda/
ta tua. Scd̄m miſericordiam tuam vi
uifica me: ⁊ cuſtodiam teſtimonia oris
tui.     Lamech diſciplina
N eternum domine: verbū tu/
i um pmanet in celo. In gene/
ratione ⁊ generationeꝫ veritas
tua: fundaſti terrā et pmanet. Ordina/
tione tua pſeuerant dies: quoniā omīa
ſeruiunt tibi. Niſi q lex tua meditatio
mea eſt: tunc forte periſſem in humili/
tate mea. Ineternum non obliuiſcar
iuſtificatōnes tuas: quia in ipſis viuifi
caſti me. Tuus ſum ego ſaluum me fac
quoniaꝫ iuſtificationes tuas exquiſiui.
Me expectauerūt peccatores vt pderēt
me: teſtimonia tua intellexi. Omīs cō/
ſummatōis vidi finem: latum manda/
tum tuum nimis.     Mem: ex ipſis.
Uomodo dilexi legem tuam
q dn̄e tota die meditatio mea eſt
Sup inimicos meos pruden/
tem me feciſti mādato tuo: quia in eter
num mihi eſt. Super omēs docentes
me intellexi: quia teſtimonia tua medi/
tatio mea eſt. Super ſenes intellexi: q₂
mandata tua queſiui. Ab omni via ma
la phibui pedes meos: vt cuſtodiā ver/
ba tua A iudicijs tuis non declinaui: q₂
tu legeꝫ poſuiſti mihi. Q̄ dulcia faucib₉
meis eloquia tua ſuper mel ori meo. A
mandatis tuis intellexi: ꝓpterea odiui
omnem viam iniquitatis.
Num: ſempiternum.
Ucerna pedibus meis verbuꝫ
l tuum: et lumen ſemitis meis.
Juraui: ⁊ ſtatui cuſtodire iudi
cia iuſticie tue. Humiliatus ſum vſq₃/
quaq₃ dn̄e: viuifica me ſm verbū tuuꝫ.
Uoluntaria oris mei bn̄placita fac dn̄e
et iudicia tua doce me. Aia mea in ma/
nib₉ meis ſemp: ⁊ legē tuā nō ſum obli
tus. Poſuerūt peccatores laqueū mihi
et de mandatis tuis non erraui. Here/
ditate acquiſiui teſtimonia tua in eter/
nū: q₂ exultatio cordis mei ſunt. Incli
naui cor meū ad faciēdas iuſtificatōes
tuas ineternū: ꝓpter retributionem.
Samech: adiutorium.
Niquos odio habui: et legē tu/
i am dilexi. Adiutor et ſuſceptor
meus eu es: et in verbum tuuꝫ
ſupſperaui. Declinate a me maligni: et
ſcrutabor mādata dei mei. Suſcipe me
ſm eloquiū tuum ⁊ viuam: et non con
fundas me ab expectatōe mea. Adiuua
me ⁊ ſaluus ero: et meditabor in iuſtifi/
catōib₉ tuis ſemp. Spreuiſti oēs diſce
dentes a iudicijs tuis: quia iniuſta cogi
tatio eorū eſt. Preuaricantes reputaui
omnes peccatores terre: ideo dilexi te/
ſtimonia tua. Confige timore tuo car/
nes meas: a iudicijs enim tuis timui.
Ayn: fons ſiue oculus.

Eci iudiciũ ⁊ iuſticiam: nõ tra-
f das me calũniantibꝫ me. Su-
ſcipe ſeruũ tuũ in bonũ: nõ calu
mnienť me ſupbi. Ocli mei defecerũt
in ſalutare tuũ: ⁊ in eloquiũ iuſticie tue
Fac cũ ſeruo tuo ſm mĩcõiaȝ tuã: ⁊ iu-
ſtificatões tuas doce me. Seruꝰ tuus
ſum ego: da mihi intellectu vt ſciam te
ſtimonia tua. Tps faciendi dñe: diſſipa
uerũt legem tua. Ideo dilexi mãdata
tua ſup aurũ ⁊ topacion Propterea ad
oĩa mandata tua dirigebar: omnẽ viaȝ
iniquã odio habui. Phe: os ab ore.
Irabilia teſtimonia tua dñe:
m ideo ſcrutata eſt ea anima mea
Declaratio ſermonũ tuoꝝ illu-
minat: et intellectũ dat paruulis. Os
meũ apui ⁊ attraxi ſpm̃: qꝛ mãdata tua
deſiderabam. Aſpice in me et miſerere
mei: ſm iudiciũ diligentiũ nomen tuũ.
Greſſus meos dirige ſm eloquiũ tuũ:
⁊ non dñeť mei oĩs iniuſticia. Redime
me a calũnijs hoĩm: vt cuſtodiã manda
ta tua. Facie tuã illumina ſup ſeruum
tuũ: ⁊ doce me iuſtificatões tuas. Exi-
tus aquaꝝ deduxerũt oculi mei qꝛ non
cuſtodierũt legẽ tuã. Sade: iuſticie.
Uſtus es dñe: ⁊ rectũ iudiciuȝ
i tuũ. Mandaſti iuſticiã teſtimo
nia tua: ⁊ veritatem tuã nimis.
Tabeſcere me fecit ȝelus meus: qꝛ obli
ti ſunt verba tua inimici mei. Ignituȝ
eloquium tuũ vehemẽter: et ſeruus tu-
us dilexit illud Adoleſcẽtulus ſum ego
et contemptus: iuſtificatões tuas nõ
ſum oblitꝰ. Juſticia tua iuſticia in eter
nũ: ⁊ lex tua veritas. Tribulatio ⁊ angu
ſtiã inuenerũt me: mãdata tua medita
tio mea eſt. Equitas teſtimonia tua in
eternum: intellectũ da mihi et viuam.
Coph: vocatio
Lamaui in toto corde meo ex-
c audi me dñe: iuſtificatões tu
as requirã. Clamaui ad te ſal-
uum me fac, vt cuſtodiã mandata tua.
Preueni in maturitate ⁊ clamaui qꝛ in
verba tua ſupſperaui. Preuenerũt ocu
li mei ad te diluculo vt meditarer elo-
quia tua. Uocem meam audi ſm miſe
ricordiã tuam dñe: et ſm iudiciũ tuum
viuifica me. Appropinquauerunt perſe
quentes me iniquitati: a lege auteȝ tua
longe facti ſunt. Prope es tu domine:
et oĩes vie tue veritas. Initio cogno-
ui de teſtimonijs tuis: quia ineternum
fundaſti ea. Res: capitis.
Ide humilitatẽ meam ⁊ eripe
v me: quia legẽ tuã nõ ſum obli-
tus. Judica iudiciũ meũ et re-
dime me: propter eloquiũ tuũ viuifica
me. Longe a peccatoribꝫ ſalus: qꝛ iuſti-
ficationes tuas nõ exquiſierunt. Miſe-
ricordie tue multe domine: ſm iudiciuȝ
tuum viuifica me. Multi qui pſequun
tur me ⁊ tribulãt me: a teſtimonijs tu-
is non declinaui. Uidi preuaricantes ⁊
tabeſcebam: quia eloquia tua non cu-
ſtodierunt. Uide quoniã mandata tua
dilexi domine: in miſericordia tua viui
fica me. Principium verborum tuoruȝ
veritas: ineternum omnia iudicia iuſti-
cie tue. Sin: dentium.
Rincipes pſecuti ſunt me gra-
p tis: et a verbis tuis formidauit
cor meũ. Letabor ego ſup eloqa
tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa. Ini
quitatẽ odio habui ⁊ abominatus ſum
legem autem tuam dilexi. Septies in
die laudem dixi tibi: ſup iudicia iuſticie
tue. Pax multa diligentibꝫ legẽ tuã: et
non eſt illis ſcandalũ. Expectabã ſaluta
re tuum domine: et mandata tua dilexi
Cuſtodiuit aĩa mea teſtimonia tua: et
dilexit ea vehementer. Seruaui mãda
ta tua ⁊ teſtimonia tua: quia oĩes vie
mee in conſpectu tuo. Thau: ſigna.
Ppropinquet deprecatio mea
a in conſpectu tuo dñe: iuxta elo
quiũ tuum da mihi intellectũ
Intret poſtulatio mea in ꝯſpectu tuo:
ſm eloquiũ tuũ eripe me Eructabũt la
bia mea hymnũ cũ docueris me iuſti-
catões tuas. Pronũciabit lingua mea
eloquiũ tuũ: qꝛ oĩa mãdata tua eqtas.
Fiat manꝰ tua vt ſaluet me: qm̃ mãda-
ta tua elegi. Cõcupiui ſalutare tuũ dñe

et lex tua meditatio mea eſt. Uiuet aĩa
mea ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuua-
bunt me. Erraui ſicut ouis que periit:
quere ſeruum tuum domine quia man
data tua non ſum oblitus. Alleluia.
Canticum graduum. CXIX
D dñm cũ tribularer clamaui:
a ⁊ exaudiuit me. Dñe libera ani
mã meã a labiis iniquis ⁊ a lin
gua doloſa. Quid det̃ tibi aut q̃d appo-
natur tibi: ad linguã doloſaȝ. Sagitte
potentis acute: cũ carbonibus deſolato
riis. Heu mihi qꝛ incolatus meus pꝛo
longatus eſt: habitaui cũ habitãtibus
cedar: multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem eram pa
cificus: cũ loquebar illis impugnabãt
me gratis. Canticum graduum.
Euaui oculos meos CXX
l in montes: vnde veniet auxiliũ
mihi. Auxilium meũ a dño qui
fecit celum ⁊ terrã. Non det in cõmoti-
onem pedem tuũ: neqꝫ dormitet qui cu
ſtodit te. Ecce nõ dormitabit neqꝫ dor-
miet: qui cuſtodit iſrael. Dñs cuſtodit
te. dominus ꝓtectio tua ſup manũ dex-
teram tuam. Per diem ſol non vret te
neqꝫ luna ꝑ noctem. Dominus cuſto-
dit te ab omni malo: cuſtodiat animaȝ
tuam dñs. Dominus cuſtodiat introi-
tum tuum ⁊ exitũ tuum: ex hoc nunc et
vſqꝫ in ſeculũ. Canticum graduum.
Etatus ſum in his CXXI
l que dicta ſunt mihi: in domuȝ
dñi ibimus. Stantes erãt pe-
des nr̃i: in atriis tuis hieruſalẽ Hieru
ſalem que edificatur vt ciuitas: cuius
participatio eius in idipſum. Illuc enĩ
aſcenderũt tribꝫ tribus dñi teſtimoniũ
iſrael: ad cõfitenduȝ noĩ dñi. Quia illic
ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſup do-
mũ dauid. Rogate que ad pacem ſunt
hieruſalẽ: et abundantia diligentibꝫ te
Fiat pax in virtute tua et abundãtia in
turribꝫ tuis. Propter fratres meos et
primos meos: loquebar pacem de te.
Propter domũ dñi dei nr̃i: queſiui bo-
na tibi Canticũ graduũ CXXII
D te leuaui oculos meos: qui
a habitas in celis. Ecce ſicut ocu
li ſeruoꝝ: in manibꝫ dñoꝝ ſuoꝝ
Sicut oculi ancille in manibꝫ dñe ſue:
ita oculi nr̃i ad dñm deũ nr̃m donec mi
ſereatur nr̃i Miſerere nr̃i dñe miſerere
nr̃i: qꝛ multũ repleti ſumus deſpectõe:
Quia multũ repleta eſt aĩa noſtra: ob
pꝛobꝛiũ abundantibꝫ ⁊ deſpectio ſuper-
bis. Canticũ graduum. CXXIII
Iſi qꝛ dñs erat in nobis dicat
n nũc iſrael niſi quia dñs erat in
nobis. Cũ exurgerent hoĩes in
nos: foꝛte viuos deglutiſſent nos. Cũ
iraſceretur furoꝛ eoꝛum in nos: foꝛſitan
aqua abſoꝛbuiſſet nos. Toꝛrentem per
tranſiuit anima nr̃a: foꝛſitan ꝑtranſiſ-
ſet anima noſtra aquam intolerabilem
Bñdictus dominus qui non dedit nos
in captionem dentibus eoꝛum. Anima
noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo
venantiũ. Laqueus cõtritus eſt: ⁊ nos
liberati ſumus. Adiutoꝛium nr̃m in no
mine dñi: qui fecit celum ⁊ terram.
Canticum graduum. CXXIIII
Ui cõfidunt in dño ſicut mons
q ſion: non cõmouebitur in eter
nuȝ q̃ hitat in hieruſalẽ. Mon-
tes in circũitu eius: et dñs in circũitu
populi ſui ex hoc nũc ⁊ vſqꝫ in ſeculum.
Quia nõ relinquet dñs virgã peccato-
rum ſup ſoꝛtẽ iuſtoꝝ: vt nõ extendãt iu
ſti ad iniquitatẽ manus ſuas. Benefac
dñe: bonis ⁊ rectis coꝛde. Declinantes
aũt in obligatões adducet dñs cũ ope-
rantibus iniquitatem: pax ſup iſrael.
Canticum graduum. CXXV
N cõuertẽdo dñs captiuitatẽ ſi
i on: facti ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletũ eſt gaudio os no
ſtrũ ⁊ lingua nr̃a in exaltatõne. Tũc di
cent inter gentes: magnificauit dñs fa-
cere cũ eis. Magnificauit dñs facere no
biſcũ: facti ſumus letantes. Cõuertere
dñe captiuitateȝ nr̃am ſicut toꝛrens in
auſtro. Qui ſeminant in lachꝛymis: in
exultatõe metent: Euntes ibant et fle-
bant: mittẽtes ſemina ſua Uenientes

autem venient cum exultatōne: portan
tes manipulos ſuos. Canticum gra
duum ſalomonis. CXXVI
Iſi dñs edificauerit domū: in
n vanū laborauerūt qui edificāt
eam. Niſi dñs cuſtodierit ciui/
tatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam
Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere:
ſurgite poſtq̄ ſederitis qui manducatis
panē doloris. Cū dederit dilectis ſuis
ſomnū: ecce hereditas dñi: filij merces
fructus ventris. Sicut ſagitte in ma/
nu potentis: ita filij excuſſoꝝ. Btūs vir
qui impleuit deſideriū ſuū ex ipſis: non
ꝯfundetur cū loquetur inimicis ſuis in
porta. Canticū graduū CXXVII
Eati oēs qui timent dñm: qui
b ambulāt in vijs eius. Labores
manuū tuaꝝ q2 mãducabis: be
atus es ⁊ bñ tibi erit. Vxor tua ſicut vi
tis abundās: in lateribꝫ domus tue. Fi
lij tui ſicut nouelle oliuarū in circūitu
menſe tue. Ecce ſic bñdicetur hō: qui ti
met dñm. Bñdicat tibi dñs ex ſion: et
videas bona hieruſalē omnibꝫ diebꝫ vi
te tue. Et videas filios filioꝝ tuoꝝ: pa/
cem ſup iſrael. Canticum graduum
Epe expugnaue CXXVIII
s rūt me a iuuentute mea: dicat
nunc iſrael. Sepe expugnaue/
runt me a iuuētute mea: eteni non po/
tuerunt mihi. Supra dorſum meū fa/
bricauerunt peccatores: plongauerunt
iniquitatem ſuam. Dñs iuſtus conci/
det ceruices peccatoꝝ: confundātur et
reuertantur retrorſum omēs qui ode/
runt ſion. Fiant ſicut fenum tectoꝝ:
quod priuſq̄ euellatur exaruit De quo
non implebit manū ſuam qui metet: ⁊
ſinum ſuū qui manipulos colliget. Et
nō dixerūt qui preteribāt benedictio do/
mini ſuper vos: benediximus vobis in
nomine dñi. Canticum graduum.
E profundis cla/ CXXIX
d maui ad te dñe: dñe exaudi vo/
cem meam. Fiant aures tue in
tendentes: in vocem deprecatōis mee.
Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe
quis ſuſtinebit. Quia apud te propicia
tio eſt: et ꝑpter legem tuam ſuſtinui te
domine. Suſtinuit anima mea in ver/
bo eius ſperauit anima mea in domino
A cuſtodia matutina vſq̄ ad noctē: ſpe/
ret iſrael in domino. Quia apud dñm
miſericordia: et copioſa apud eū redem
ptio Et ipſe redimet iſrael ex omnibus
iniquitatibus eius. Canticum gra/
duum. CXXX
ñe nō eſt exaltatū cor meū neq̄
d elati ſunt oculi mei. Neq̄ am/
bulaui in magnis: neq̄ in mi/
rabilibꝫ ſup me. Si nō hūiliter ſentie/
bam: ſed exaltaui aīam meam. Sicut
ablactatus eſt ſuper matrē ſuam: ita re
tributio in aīam meā. Speret iſrael in
domino: ex hoc nunc et vſq̄ in ſeculum
Canticum graduum CXXXI
Emento dñe dauid: ⁊ oīs man
m ſuetudinis eiuſ. Sicut iurauit
dño: votū vouit deo iacob. Si
introiero in tabernaculū domus mee:
ſi aſcēdero in lectū ſtrati mei. Si dede/
ro ſomnū oculis meis: et palpebris me
is dormitationē. Et requiē tpibus me/
is donec inueniā locū domino: taberna
culū deo iacob. Ecce audiuimus eā in
effrata: inuenimus eam in campis ſil/
ue. Introibimus in tabernaculū eius:
adorabimus in loco vbi ſteterūt pedes
eius. Surge domine in requiē tuā: tu
et arca ſanctificatōis tue. Sacerdotes
tui induantur iuſticia: et ſancti tui exul
tent. Propter dauid ſeruum tuū: non
auertas faciem chriſti tui. Jurauit do/
minus dauid veritatem et non fruſtra/
bitur eum: de fructu ventris tui ponā
ſup ſedem tuam. Si cuſtodierint filij
tui teſtamentum meum: et teſtimonia
mea hec que docebo eos. Et filij eorum
vſq̄ in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem
tuam. Quoniam elegit dominus ſion
elegit eam in habitationem ſibi. Hec
requies mea in ſeculū ſeculi: hic habi/
tabo quoniam elegi eam. Viduā eius
benedicens benedicam: pauperes eius
ſaturabo panibus. Sacerdotes eius

induam ſalutari:⁊ ſancti eius exultatio
ne exultabūt. Illuc pducam cornu da/
uid: paraui lucernā chriſto meo Inimi
cos eius induā confuſione: ſup ipſum
autem efflorebit ſanctificatio mea.

Canticum graduum. CXXXII

Cce ꝗ̃ bonum ⁊ ꝗ̃ iocundū ha
e bitare fratres in vnū. Sicut
vnguentū in capite: qđ deſcen/
dit in barbam barbā aaron. Quod de/
ſcendit in orā veſtimenti eius: ſicut ros
hermon qui deſcendit in montem ſion
Quoniam illic mandauit dn̄s benedi/
ctionem ⁊ vitam vſqȝ in ſeculum.

Canticum graduum. CXXXIII

Cce nūc bn̄dicite dn̄o: oēs ſer/
e ui dn̄i. Qui ſtatis in domo dn̄i
in atrijs domus dei nr̄i. In no
ctibus extollite manus veſtras in ſan/
cta: et benedicite domino. Benedicat ti/
bi dominus ex ſion: qui fecit celum et
terram. Alleluia. CXXXIIII

Audate nomē dn̄i: laudate ſer/
l ui dominū. Qui ſtatis in domo
dn̄i: in atrijs domus dei noſtri.
Laudate dn̄m quia bonus dn̄s: pſallite
nomini eius qm̄ ſuaue eſt. Qm̄ iacob
elegit ſibi dominus in poſſeſſionē ſibi.
Quia ego cognoui ꝙ magnus eſt dn̄s
et deus noſter pre omnibꝫ dijs. Omnia
quecunqȝ voluit dominus fecit in celo
et in terra: in mari ⁊ in omnibꝫ abyſſis
Producens nubes ab extremo terre:
fulgura in pluuiam fecit. Qui produ/
cit ventos de theſauris ſuis: qui pcuſſit
primogenita egypti ab homine vſqȝ ad
pecus. Et miſit ſigna ⁊ prodigia in me/
dio tui egypte: in pharaonem et in oēs
ſeruos eius. Qui percuſſit gentes mul
tas: et occidit reges fortes. Seon regē
ammorreorum et og regem baſan: et
omnia regna chanaan. Et dedit terraȝ
eorum hereditatem: hereditatem iſrael
populo ſuo. Domine nomen tuum in
eternum domine memoriale tuum in
generatione et generationem. Quia
iudicabit dominus populuȝ ſuum et in
ſeruis ſuis deprecabitur. Simulacra
gentium argentum et aurū: opa ma/
nuum hominum. Os habent ⁊ non lo
quentur: oculos habent ⁊ nō videbunt
Aures habent et non audient: neqȝ enī
eſt ſpiritus in ore ipſorum. Similes il
lis fiant qui faciūt ea ⁊ omnes qui con
fidunt in eis. Domus iſrael benedicite
domino: domus aaron benedicite domi
no. Domus leui benedicite dn̄o: qui ti/
metis dn̄m benedicite domino. Bene/
dictus dominus ex ſion: qui habitat in
hieruſalem. Alleluia Alleluia.

CXXXV

Onfitemini domino quoniaȝ
c bonus: quoniam in ſeculū miſe
ricordia eius Confitemini deo
deorum: quoniam ineternū miſericor/
dia eius. Confitemini dn̄o dominorū:
quoniam. Qui facit mirabilia magna
ſolus: qm̄. Qui fecit celos in intellectu
qm̄. Qui firmauit terram ſup aquas:
qm̄. Qui fecit mirabilia magna. quoni
am. Solem in poteſtateȝ diei: qm̄. Lu/
nam ⁊ ſtellas in poteſtateȝ noctis: qm̄.
Qui pcuſſit egiptū cum primogenitis
eorꝫ: qm̄. Qui eduxit iſrael de medio eo
rum: qm̄. In manu potenti et brachio
excelſo: qm̄. Qui diuiſit mare rubrum.
in diuiſiones: qm̄. Et eduxit iſrael per
mediū eius: qm̄. Et excuſſit pharaonē
et virtutē eius in mari rubro: quoniaȝ.
Qui traduxit ppl'm ſuū p deſertū: qm̄.
Qui pcuſſit reges magnos: qm̄. Et oc/
cidit reges fortes: qm̄. Seon regē am/
morreorum: qm̄. Et og regem baſan:
qm̄. Et dedit terram eorꝫ hereditatem:
qm̄. Hereditatem iſrael ſeruo ſuo: qm̄
Qui in humilitate noſtra memor fuit
noſtri: qm̄. Et redemit nos ab inimicꝭ
noſtris: qm̄. Qui dat eſcam omni car/
ni: qm̄. Confitemini deo celi: qm̄. Con
fitemini domino dominorum: quoniā
ineternum miſericordia eius. Alle/
luia. Pſalmus dauid. CXXXVI

Up flumina babylonis illic ſedi
s mus ⁊ fleuimus dū recordare/
mur ſion. In ſalicibꝫ in medio
eius ſuſpendimꝰ organa nr̄a Quia illic

interrogauerũt nos qui captiuos duxe
runt nos:verba cantionũ. Et qui abdu
xerũt nos:hymnũ cãtate nobis de cãti
cis ſion. Quõ cãtabimus cãticũ dñi in
terra aliena. Si oblit⁹ fuero tui hieru
ſalẽ:obliuioni def dextera mea. Adhere
at lingua mea faucib⁹ meiſ:ſi nõ memi
nero tui. Si nõ ꝓpoſuero hieruſalẽ:in
principio leticie mee. Memor eſto dñe
filioꝝ edom:in die hieruſalem. Qui di
cunt exinanite exinanite: vſqꝫ ad funda
mentuꝫ in ea. Filia babylonis miſera:
btũs qui retribuet tibi retributionẽ tu
am quã retribuiſti nobis. Btũs qui te
nebit:⁊ allidet puulos ſuos ad petram.
Pſalmus ipſi dauid. CXXXVII
Onfitebor tibi domine in toto
c corde meo:quoniaꝫ audiſti oĩa
verba oris mei. In ꝯſpectu an
geloꝝ pſallam tibi:adorabo ad templuꝫ
ſanctum tuũ et confitebor nomini tuo.
Super miſericordia tua ⁊ veritate tua
quoniam magnificaſti ſuper omne no
men ſanctum tuũ. In quacunqꝫ die in
uocauero te exaudi me: multiplicabis
in aĩa mea virtuteꝫ. Confiteantur tibi
domine omnes reges terre: quia audie
runt omnia verba oris tui. Et cantent
in vijs domini:quoniaꝫ magna eſt glo
ria domini. Quoniã excelſus dominus
et humilia reſpicit:⁊ alta alonge cogno
ſcit. Si ambulauero in medio tribula
tionis viuificabis me:ſuper iram inimi
corum meoꝝ extendiſti manum tuam:
et ſaluum me fecit dextera tua. Domi
nus retribuet pro me:domine miſeri
cordia tua in ſeculũ: et opera manuum
tuarum ne deſpicias. In finem pſal
mus dauid. CXXXVIII
ñe ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me:
d tu cognouiſti ſeſſionẽ meã ⁊ re
ſurrectionẽ meaꝫ. Intellexiſti
cogitatões meas delonge:ſemitã meaꝫ
et funiculũ meum inueſtigaſti. Et oẽs
vias meas ꝑuidiſti:q2 non eſt ſermo in
lingua mea Ecce tu dñe cognouiſti oĩa
nouiſſima ⁊ antiqua:tu formaſti me et
poſuiſti ſuꝑ me manũ tuaꝫ. Mirabilis
facta eſt ſcientia tuã ex me: cõfortata eſt
et nõ potero ad eam. Quo ibo a ſpũ tuo
et quo a facie tua fugiaꝫ. Si aſcendero
in celum tu illic es:ſi deſcendero in in
fernũ ades. Si ſumpſero pennas me
as diluculo:et habitauero in extremis
maris. Etenĩ illic manus tua deducet
me:et tenebit me dextera tua. Et dixi
forſitan tenebre ꝯculcabunt me: ⁊ nox
illuminatio mea in delicijs meiſ. Quia
tenebre nõ obſcurabũtur a te et nox ſi
cut dies illuminabitur : ſicut tenebre
eius ita ⁊ lumẽ eiuſ. Quia tu poſſediſti
renes meos:ſuſcepiſti me de vtero ma
tris mee. Cõfitebor tibi qm̃ terribiliter
magnificatus es: mirabilia opa tua et
aĩa mea cognoſcet nimis. Nõ eſt occul
tatũ os meũ a te qd̃ feciſti in occulto:et
ſub̃a mea in inferioribus terre. Imperfe
ctum meũ viderũt oculi tui: et in libro
tuo oẽs ſcribentur:dies formabũtur et
nemo in eis. Mihi aũt nimis honorifi
cati ſunt amici tui deus: nimis ꝯforta
tus eſt principatus eoꝝ. Dinumerabo
eos ⁊ ſuꝑ arenã multiplicabũtur: exur
rexi ⁊ adhuc ſum tecũ. Si occideris de
us peccatores: viri ſanguinũ declinate
a me. Quia dicitis in cogitatõe:accipi
ant in vanitate ciuitates ſuas. Nonne
qui oderũt te dñe oderam ⁊ ſuꝑ inimi
cos tuos tabeſcebã. Perfecto odio ode
ram illos:inimici facti ſunt mihi. Pro
ba me deus ⁊ ſcito cor meuꝫ: interroga
me ⁊ cognoſce ſemitas meas. Et vide
ſi via iniquitatis in me eſt ⁊ deduc me
in vita eterna. In finẽ pſalm⁹ dauid.
Ripe me dñe ab CXXXIX
e homĩe malo:a viro iniq̃ eripe me
Qui cogitauerunt iniquitates
in corde tota die ꝯſtituebãt prelia. Acu
erunt linguas ſuas ſicut ſerpentes. ve
nenum aſpidum ſub labijs eoꝝ. Cuſto
di me dñe de manu peccatoris: ⁊ ab hoĩ
bus iniquis eripe me. Qui cogitauerũt
ſupplãtare greſſus meoſ: abſcõderũt ſuꝑ
bi laqueũ mihi. Et funes extenderunt
in laqueũ:iuxta iter ſcandalũ poſuerũt
mihi. Dixi dño deus me⁹ es tu: exaudi

domine vocem depꝛecationis mee. Domine dn̄e virtus ſalutis mee: obūbꝛaſti ſup caput meū in die belli. Non tradas me dn̄e a deſiderio meo peccatoꝛi: cogitauerunt cōtra me: ne derelinquas me ne foꝛte exaltent̄. Caput circūitus eoꝝ: laboꝛ labioꝝ ipſoꝝ operiet eos. Cadent ſup eos carbones: in ignem deijcies eos in miſerijs non ſubſiſtent. Uir linguoſus nō dirigetur in terra virū iniuſtum mala capiēt in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudiciū inopis: et vindictam pauperū. Ueruntamē iuſti confitebuntur nomini tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo.

Pſalmus dauid. CXL

Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cū clamauero ad te. Dirigat̄ oꝛatio mea ſicut incenſum in ꝯſpectu tuo: eleuatio manuū mearum ſacrificiū veſpertinū. Pone dn̄e cuſtodiā oꝛi meo: et oſtium circumſtantie labijs meis. Nō declines coꝛ meum in verba malicie: ad excuſandas excuſatōnes in peccatis. Cum hominibus opantibus iniquitatē: et non cōmunicabo cum electis eoꝛum. Coꝛripiet me iuſtus in miſericoꝛdia et increpabit me: oleum aūt peccatoꝛis non impinguet caput meū. Qm̄ adhuc ⁊ oꝛatio mea in beneplacitis eoꝛum: abſoꝛti ſunt iuncti petre iudices eoꝝ. Audient verba mea qm̄ potuerunt ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſup terram. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernū: quia ad te dn̄e domine oculi mei: in te ſperaui non auferas animam meam. Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mihi: et a ſcandalis operantium iniquitatē. Cadēt in retiaculo eius peccatoꝛes: ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

Intellectus dauid cum eſſet in ſpelunca. Oꝛatio. CXLI

Uoce mea ad dn̄m clamaui: voce mea ad dn̄m dep̄catus ſum. Effundo in conſpectu eius oꝛationem meā: et tribulationē meā ante ipſum pꝛonuncio. In deficiendo ex me ſpm̄ meum: et tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabam: abſconderunt ſupbi laqueū mihi. Conſiderabā ad dexterā ⁊ videbā: et nō erat qui cognoſceret me. Perijt fuga a me: et nō eſt qui requirat aīaꝫ meā. Clamaui ad te dn̄e dixi tu es ſpes mea: poꝛtio mea in terra viuentiū. Intende ad depꝛecationē meam qꝛ hūiliatus ſum nimis. Libera me a pſequentibꝫ me: quia confoꝛtati ſunt ſup me. Educ de cuſtodia aīam meam ad confitendū nomini tuo: me expectāt iuſti donec retribuas mihi. Pſalmus dauid quando perſequebatur eum filius ſuus abſalon. CXLII

Domine exaudi oꝛationem meā auribꝫ pcipe obſecrationē meam: in veritate tua exaudi me in tua iuſticia. Et non intres in iudiciū cum ſeruo tuo: quia nō iuſtificabitur in conſpectu tuo om̄is viuēs. Quia pſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitā meam. Collocauit me in obſcuris ſicut moꝛtuos ſeculi: et anxiatus eſt ſuper me ſpūs meus: in me turbatum eſt coꝛ meum. Memoꝛ fui dierum antiquoꝝ: meditatus ſum in omnibꝫ operibus tuis: in factis manuum tuaꝝ meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Uelociter exaudi me dn̄e: defecit ſpūs meus. Non auertas faciem tuam a me: et ſimilis ero deſcendentibꝫ in lacum. Auditam fac mihi mane miſericoꝛdiaꝫ tuam: quia in te ſperaui. Notā fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui aīam meam. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectaꝫ: pꝛopter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aīam meā: ⁊ in miſericoꝛdia tua diſpdes inimicos meos. Et perdes oēs qui tribulant aīam meam: qm̄ ego ſeruus tuus ſum. Pſalmus dauid aduerſus goliam. CXLIII

b Enedictus dñs deus meus
qui docet manus meas ad p̄
liũ: ⁊ digitos meos ad bellũ
Miſcõia mea ⁊ refugiũ me/
um:ſuſceptor meus ⁊ liberator meus.
Protector me⁹ ⁊ in ipſo ſperaui:q̄ ſub/
dit pplm meũ ſub me.Dñe quid eſt ho
mo q: innotuiſti ei:aut filius hoïs quia
reputas eũ? Homo vanitati ſilis fcũs
eſt:dies eius ſicut vmbra ꝑtereũt·Do
mine inclinã celos tuos ⁊ deſcẽde:tan/
ge mõtes ⁊ fumigabũt·Fulgura choru
ſcationẽ ⁊ diſſipabis eos: emitte ſagit/
tas tuas ⁊ ꝯturbabis eos·Emitte ma/
nũ tuã de alto:eripe me et libera me de
aquis multis:⁊ de manu filioꝝ alienoꝝ
Quoꝝ os locutũ eſt vanitatẽ ⁊ dextera
eoꝝ dextera iniq̄tatis.Deus cãticũ no/
uũ cantabo tibi:in pſalterio decachordo
pſallã tibi.Qui das ſalutẽ regib⁹ q̄ re/
demiſti dauid ſeruũ tuũ:de gladio ma/
ligno eripe me.Et erue me de manu fi/
lioꝝ alienoꝝ quoꝝ os locutũ eſt vanita
tem:⁊ dextera eoꝝ dextera iniquitatis.
Quoꝝ filij ſicut nouelle plantatões:
in iuuentute ſua.Filie eoꝝ cõpoſite: cir
cũornate vt ſimilitudo templi.Prom
ptuaria eoꝝ plena:eructãtia ex hoc in il
lud.Oues eorum fetoſe abundãtes in
greſſib⁹ ſuis:boues eoꝝ craſſe.Non eſt
ruina macerie neq̄ tranſitus: neq̄ cla/
mor in plateis eoꝝ.Beatũ dixerunt po/
pulũ cui hec ſunt:btũs pp̄ls cuius dñs
deus eius.      Laudatio ipſi dauid.
Aleph.      CXLIIII
e Xaltabo te deus meus rex: ⁊ bñ/
dicã nomini tuo in ſeculũ et in
ſeculũ ſeculi. Beth Per ſin/
gulos dies bñdicã tibi:⁊ laudabo nomẽ
tuũ in ſeculũ ⁊ in ſeculũ ſeculi. Gymel
Magnus dñs ⁊ laudabil' nimis ⁊ ma/
gni udinis eius nõ eſt finis. Deleth
Generatio ⁊ generatio laudabũt opera
tua:⁊ potentiã tuam ꝓnunciabũt. He
Magnificentiaꝫ glorie ſanctitatis tue
loquentur:⁊ mirabilia tua narrabũt.
Vau Et virtutẽ terribiliũ tuoꝝ dicẽt
et magnitudinẽ tuam narrabunt. Zai
Memoriam abundãtie ſuauitatis tue
eructabunt ⁊ iuſticia tua exultabunt.
Heth Miſerator ⁊ miſericors dñs:pa
tiẽs ⁊ multũ miſericors. Thet Sua
uis dñs vniuerſis: et miſeratões eius
ſup omnia opa eius. Ioth Confite/
antur tibi dñe omnia opa tua:et ſancti
tui benedicãt tibi Caph Gloriã regni
tui dicent:et potentiã tuam loquentur
Lamech Ut notam faciãt filijs hoïm
potentiã tuam:et gloriam magnificen/
tie regni tui. Mem Regnũ tuum re/
gnum oïm ſeculoꝝ:⁊ dominatio tua in
omni generatõe et generatõe. Nun
Fidelis dñs in omnib⁹ verbis ſuis:et
ſanctus in omnib⁹ opibus ſuis. Sa/
mech Alleuat dñs oẽs qui corruũt:et
erigit oẽs eliſos. Ain Oculi oïm in
te ſperant dñe: et tu das eſcam illoꝝ in
tpe oportuno. Phe Aperis tu manũ
tuã:et imples om̄e animal bñdictõe.
Zadi Iuſtus dñs in omnib⁹ vijs ſuis:
et ſanctus in om̄ib⁹ opib⁹ ſuis. Caph
Prope eſt dñs omnib⁹ inuocantib⁹ eũ
omnib⁹ inuocantib⁹ eum in veritate.
Res Voluntatẽ timentiũ ſe faciet:et
deprecationẽ eoꝝ exaudiet:et ſaluos fa
ciet eos. Sin Cuſtodit dñs omnes
diligentes ſe:⁊ oẽs peccatores diſꝑdet.
Thau Laudationem dñi loquetur os
meũ:et benedicat oïs caro nomini ſan/
cto eius:in ſeculum et in ſeculum ſecu
li. Alleluia      CXLV
l Auda aïa mea dñm:laudabo do
minũ in vita mea: pſallam deo
meo q̄diu fuero.Nolite ꝯfide/
re in principib⁹:neq̄ in filijs hoïm in q̄/
bus nõ eſt ſalus.Exibit ſpũs eius ⁊ re
uertet' in terrã ſuã.in illa die pibũt oẽs
cogitatões eoꝝ Btũs cuius deus iacob
adiutor ei⁹:ſpes eius in dño deo ipſius
qui fecit celũ ⁊ terrã mare et oïa que in
eis ſunt.Qui cuſtodit veritatẽ in ſecu/
lum:facit iudiciũ iniuriã patiẽtib⁹: dat
eſcam eſuriẽtib⁹.Dñs ſoluit ꝯpeditos:
dñs illuminat cecos.Dñs erigit eliſos
dominus diligit iuſtos.Dñs cuſtodit
aduenas:pupillũ ⁊ viduam ſuſcipiet:⁊

vias peccatoꝝ diſꝑdet. Regnabit dñs
in ſecula: deus tuus ſion in omni gene-
ratione ⁊ generatōne. Alleluia.

Audate dñm qm̄ CXLVI
l
bonus eſt pſalmus: deo nr̄o ſit
iocūda decoraq; laudatio. Edi-
ficās hieruſalem dñs: diſꝑſiones iſrael
ꝯgregabit. Qui ſanat cōtritos corde: et
alligat contritōes eoꝝ. Qui numerat
multitudinē ſtellaꝝ: ⁊ omnibꝫ eis noīa
vocans. Magnus dñs noſter ⁊ magna
virtus eius: ⁊ ſapientie eius nō eſt nu-
merus. Suſcipiēs māſuetos dñs: hu-
miliās aūt pc̄cores vſq; ad terrā. Pre-
cinite dño in confeſſione: et pſallite deo
nr̄o in cithara. Qui opit celū nubibꝫ: ⁊
parat terre pluuiā. Qui ꝓducit in mō-
tibus fenū ⁊ herbam: ſeruituti hominū
Qui dat iumentis eſcam ipſoꝝ: ⁊ pul-
lis coruoꝝ inuocantibꝫ eum. Nō in for-
titudine equi voluntatē habebit: neq;
in tibijs viri beneplacitū erit ei. Bene-
placitum eſt dño ſuper timentes eum:
et in eis qui ſperant ſuper miſericordia
eius. Alleluia aggei et çacharie

Auda hieruſalem CXLVII
l
dñm: lauda deum tuum ſion.
Quoniā confortauit ſeras por-
tarum tuarum: bñdixit filijs tuis in te
Qui poſuit fines tuos pacem: et adipe
frumēti ſatiat te. Qui emittit eloquiū
ſuum terre: velociter currit ſermo eius
Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam
ſicut cinerem ſpargit. Mittit cryſtallū
ſuam ſicut buccellas: ante faciē frigoris
eius quis ſuſtinebit? Emittet verbum
ſuū ⁊ liquefaciet ea: flauit ſpiritus eius
et fluent aque. Qui annūciat verbum
ſuum iacob: iuſticias ⁊ iudicia ſua iſrael
Non fecit taliter omni nationi: et iudi-
cia ſua nō manifeſtauit eis. Alleluia
Aggei et çacharie. CXLVIII

Audate dñm de celis: laudate
l
eum in excelſis. Laudate eum
omnes angeli eius: laudate eū
oēs virtutes eiꝰ. Laudate eū ſol ⁊ luna
laudate eū oēs ſtelle ⁊ lumen. Laudate
eū celi celoꝝ: ⁊ aq̄ omnes que ſup̄ celos
ſunt laudent nomē dñi. Quia ipe dixit
et facta ſunt: ipe mādauit ⁊ creata ſunt
Statuit ea in ſeculū et in ſeculū ſecu-
li: preceptum poſuit et non preteribit.
Laudate dñm de terra dracones et oēs
abyſſi. Ignis grando nix glacies ſpūs
ꝓcellaꝝ: que faciunt verbū eius. Mon-
tes ⁊ oēs colles: ligna fructifera et oēs
cedri. Beſtie et vniuerſa pecora ſerpen-
tes ⁊ volucres pennate. Reges terre et
omnes ꝑpli: principes ⁊ oēs iudices ter
re. Iuuenes ⁊ virgines ſenes cū iunio
ribus laudent nomē dñi: quia exaltatū
eſt nomē eius ſolius. Confeſſio eius ſu
per celum ⁊ terrā: et exaltauit cornu po-
puli ſui. Hymnus omnibꝫ ſanctis eius
filijs iſrael populo appropinquanti ſibi
Alleluia. CXLIX

Cantate dño canticū nouum:
c
laus eius in eccleſia ſcōꝝ. Lete-
tur iſrael in eo qui fecit eū: et fi
lie ſion exultēt in rege ſuo. Laudent no
men eius in choro. in tympano ⁊ pſalte-
rio pſallant ei. Quia bñplacitū eſt dño
in ꝑplo ſuo: ⁊ exaltauit māſuetos in ſa-
lutem. Exultabūt ſancti in gloria: leta-
buntur in cubilibus ſuis. Exultatōes
dei in gutture eoꝝ ⁊ gladij ancipites in
manibꝫ eoꝝ. Ad faciendam vindictā in
nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compe-
dibꝫ: et nobiles eoꝝ in manicis ferreis
Ut faciant in eis iudicium conſcriptū
gloria hec eſt omnibus ſanctis eius.
Alleluia. CL

Audate dñm in ſanctis eius:
l
laudate eū in firmamento vir-
tutis eius. Laudate eū in vir-
tutibꝫ eius: laudate eum ſm̄ multitu-
dinem magnitudinis eiuſ. Laudate eū
in ſono tube: laudate eū in pſalterio et
cithara. Laudate eū in tympano ⁊ cho-
ro: laudate eū in chordis ⁊ organo. Lau
date eum in cymbalis bene ſonantibꝫ
laudate eum in cymbalis iubilatōnis:
omnis ſpiritus laudet dominum. Al
leluia.

Explicit Pſalterium.

Epiſtola ſancti Hieronymi pꝛeſbyteri
ad Chꝛomatium ⁊ Heliodoꝛuʒ epiſco/
pos: de libꝛis ſalomonis.

Iungat epiſtola quos
iūgit ſacerdotium imo
charta non diuidat q̄s
chꝛiſti nectit amoꝛ. Cō/
mētarios ī oſee amos
et ʒachariā. malachiā
q̄ʒ poſcitis. Scripſiſ/
ſem ſi licuiſſet pꝛe vali/
tudine. Mittitis ſolatia ſumptuuʒ: no/
tarios nr̄os ⁊ librarios ſuſtentatis: vt
vobis potiſſimū noſtrū deſudet ingeni/
um. Et ecce ex latere frequēs turba di/
uerſa poſcentiū: quaſi aut equū ſit me
vobis eſurientib⁹ ⁊ alijs laboꝛare: aut in
rōne dati ⁊ accepti cuiq̄ p̄ter vos obno
xius ſim. Itaq̄ longa egrotatōne fra/
ctus ne penitus hoc āno reticerē ⁊ apud
vos mutus eſſem tridui opus noīe vr̄o
ꝯſecraui interpretatiōnē videlicet triū
ſalomonis voluminū. maſloth. q̄d he/
bꝛei parabolas: vulgata aūt editio ꝓuer/
bia vocat. coeleth. q̄ grece eccleſiaſten.
latine concionatoꝛē poſſumus dicere.
ſyraſyrim: q̄d in lingua nr̄a vertitur can
ticū canticoꝝ. Fertur ⁊ panaretos ieſu
filij ſyrach liber. ⁊ alius pſeudographus
qui ſapientia Salomonis inſcribitur:
Quoꝝ pꝛioꝛē hebꝛaicū reperi. non ec/
cleſiaſticū vt apud latinos: ſed parabo/
las pꝛenotatū. Cui iuncti erāt eccleſia/
ſtes ⁊ canticū canticoꝝ. vt ſimilitudinē
ſalomonis non ſolū numero libꝛoꝝ ſed
etiā materiaꝝ genere coequaret. Secū
dus apud hebꝛeos nuſq̄ eſt. q2 ⁊ ipſe ſti
lus grecā eloquentiā redolet. ⁊ nōnulli
ſcriptoꝝ veterū. hunc eſſe iudei phylo/
nis affirmant. Sicut ergo iudith et to
bie ⁊ machabeoꝝ libꝛos. legit quidē eos
eccleſia. ſed inter canonicas ſcripturas
nō recipit. ſic ⁊ hec duo volumina legat
ad edificationē plebis: nō ad autoꝛita/
tem eccleſiaſticoꝝ dogmatū ꝯfirmandā
Si cui ſane ſeptuaginta interpꝛetum
magis editio placet: habʒ eam a nobis
olim emendatam. Nec enim noua ſic
cudimus: vt vetera deſtruamus. Et ta/
men cū diligentiſſime legerit ſciat ma/
gis noſtra ſcripta intelligi: que nō in ter
cium vas tranſfuſa coacuerint ſed ſta/
tim de pꝛelo puriſſime cōmendata te/
ſte. ſuum ſapoꝛem ſeruauerint.

Explicit epiſtola ſancti Hieronymi.
Incipit pꝛologus in libꝛos eoſdem:

Tribus noīb⁹ vocatū fuiſ/
ſe ſalomonē ſcripture ma
nifeſtiſſime docent. Paci
ficū. i. ſalomonē et ydida.
hoc eſt dilectū dn̄i: ⁊ quod
nunc dicitur coeleth. i. eccleſiaſten. Ec
cleſiaſtes aūt greco ſermone eſt appella
tus. q2 cetū. i. eccleſiā ꝯgreget. quē nos
nuncupare poſſumus: concionatoꝛē eo
ꝙ loquat̄ ad ꝑplm. et ſermo eius nō ſpe
cialiter ad vnū: ſed ad vniuerſos diriga
tur generaliter. Poꝛro pacificus ⁊ dile
ctus dn̄i ab eo ꝙ regno eius pax fuerit
et eū dn̄s dilexerit: appellatus eſt. Naʒ
et p̄s q̄drageſimuſquartus ⁊ ſeptuage/
ſimuſpꝛimus: dilecti ⁊ pacifici titulo p̄/
notātur. Qui tn̄ ⁊ ſi ad ꝯplexiā chꝛiſti
eccleſieq̄ ꝑtinētes felicitatē ⁊ vires ſa/
lomonis excedūt: tn̄ ſm hiſtoꝛiā ſup ſa
lomonē ſcripti ſunt. Itaq̄ iuxta nume
rū vocabuloꝝ: tria volumina edidit. pꝛo
uerbia. eccleſiaſten. canticum canticoꝝ.
In ꝓuerbijs ꝑuulū docens: et quaſi de
officijs ꝑ ſentētias erudiēs. Unde ⁊ ad
filiū ſermo crebꝛo repetit̄. In eccīaſten
vero mature virū etat̄ inſtituēs. ne q̄c/
q̄ in mūdi reb⁹ putat eſſe ꝑpetuū: ſʒ ca/
duca ⁊ bꝛeuia vniuerſa q̄ cernimus. Ad
extremū iā ꝯſummatū virū ⁊ calcato ſe
culo ꝑpatū: in cātic̄ cāticoꝝ ſponſe iun/
git āplexib⁹. Niſi enī pꝛius reliq̄rimus
vicia ⁊ pompis ſecl̄i renūciantes: expedi
tos nos ad aduētuʒ ꝑpauerim⁹ nō poſ/
ſumus cantare canticū canticoꝝ. Sed
et h̄ diligētius attendendū. tres libꝛos
autoꝛe diuerſo eſſe ītitulatos. In ꝓuer
bijs enī notant̄ ꝓuerbia ſalomonis filij